


ELEMENTORVM SACRAE THEOLOGIAE LIBRI QVATVOR.

F. IOANNE BAPTISTA
Arrigo Florentino Augustiniano
Eremita Authore.





Dirupisti domine vincula mea, tibi sacrificabo hostiam laudis.



FLORENTIAE
MDLXIX.

F. IO. BA. ARRIGVS FL. AV. E OMNIBVS CHRISTVM PIE COLENTIBVS. EXOPTAT FELICITATEM.



VM *iuxta Domini, & saluatoris nostri* IESV CHRISTI *sententiã acceptorum sancti Spiritus beni- gnitate à patre luminum talento rum, ratio sit reddenda: ne fru- stra, ad æternæ salutis brauium cursum paraſſe videar; qua- tuor elementorum ad sacrã* Theo*logiam pertinentium libros compo- sui, vt veritatis a me diuino munere cognitæ, hac breui methodo participes vos efficiã.*Debet enim *vnusquisq; (sicut* Diuus Petrus *suadet) non modo reddere suæ fidei rationem, omni poscenti: verum etiam prout accepit gratiam in alte- rutrum illam administrare; tanquam bonus dispensator multi formis gratiæ* Dei *Quoniam autem exopto vt corri- piat me iustus in misericordia: ideo rogatos vos esse velim, vt vestro integerrimo iudicio errata corrigentes, mihi æquo animo si quid superfluum, vel prætermiſſum fuerit igno- scatis* Deoq; Optimo *maximo authori cuiuslibet veritatis gratias agite, si quid vere ac recte dictum reperietis; eun- demq; iugiter supplices exorate, vt mentibus creatis, repul- sis ob suam clementiam omnibus malis, optima quæcunq; sua* Benedictione *concedat.*

GRATIA DOMINI NOSTRI IESV CRISTI CVM SPIRITV VESTRO PERMANEAT IN AETERNVM AMEN.

LIBER PRIMVS.

Ὅροι. Definitiones.

I

THeologia est sapiētia, Deū, quoad potest per fese intuendo, & per se amando cōprehendens.

II

Deus est spiritus, fulgentissimæ suæ maiestatis amplitudinem, in trinitate, & vnitate cōsistendo, vbiq; diffundens.

III

Diuinitas est infinita indiuiduæ trinitatis substantia, se ipsa existens, cuius esse non differt à natura.

IIII

Trinitas est diuinarum personarum reali tantum relatione distinctarū collectio in vnitate atque idētitate essentiæ.

V

Deitas est natura diuina, totam & absolutam suppositorum denotans actualitatem formalem.

VI

Persona est eiusdem naturæ intellectuale suppositum, singulari proprietate distinctum.

VII.

Proprietas est ratio formalis, qua suppositum constituitur in esse personali.

VIII.

Suppositum est proximum relationis subiectum, suapte natura subsistens.

IX.

Relatio est principium distinctionis, mutuam personarum habitudinem indicans.

X

Ordo est processio naturalis originis, idemtitatem, distinctionem, & æqualitatem sanctissimę Trinitatis ostendens.

XI.

Processio est emanatio suppositi substantialis in esse relato, producti per modum intellectus, vel voluntatis.

XII.

Origo est initium processionis diuinarum personarum ex notionibus cognitum.

XIII.

Notio est specialis ratio cognoscendi personas diuinas per ordinem originis eisdem propriè cógruentem.

XIIII.

Voluntas est liberum, & intellectuale principiũ, statuendi, eligendi, & faciendi, quæ bona sunt, cuius beneplaciti velle semper impletur.

XV

Intellectus est ratio essentialiter cõtinens significationem, & veritatem cuiuslibet obiecti per causam suæ scientiæ ad æquatam.

XVI.

Bonitas est perfectio per se appetibilis mouens intentionem agentis creati, vt his vtatur, quę pertinẽt ad finem sibi propositum assequendum quousque ipso adepto fruatur atque quiescat.

XVII.

Veritas est lux dirigens intellectum, vt rerum naturam proprietates atque virtutes, per conformitatem, & ordinem sibi ad æquatum cognoscat atque significet.

XVIII.

Pulchritudo est conueniens formæ decor ex de-

bita proportione procedens,& ſua venuſtate,vehementer intuentes ad amorem alliciendo delectans.

XIX

Idea eſt intelligibilis ſpecies, & ratio exemplaris cuiuſcumque rei cognoſcendę, & per imitationem producendæ, à ſenſibilibus rebus prorſus abſtracta.

XX

Perfectio eſt indeficiens excellentiæ plenitudo attingens ſupremum terminum ſui eſſe, cui cum nihil deſit nulla etiam additio fieri poteſt.

XXI

Sapientia eſt inuariabilis veritatis notitia vnico intuitu per ideas, cuncta ſuis cauſis ordinando in propria ſuæ naturę forma cognoſcens.

XXII

Omnipotentia eſt infiniti vigoris virtus actiua, cuncta poſsibilia variis reſpectibus educẽs ad actũ, quæ omnia in omnibus operatur.

XXIII

Aeternitas eſt immutabilis diuinarum operationum mẽſura,infinitam durationem ſemper ſine ſucceſsione,ſimul permanentem ſignificans.

XXIIII

Beatitudo eſt indeficiens ſummi boni poſſeſsio qua intellectus & voluntas proprio obiecto fineque vltimo fruendo,vehementer exultant atque lætantur.

XXV

Prouidentia eſt ratio qua bonitas diuina omnibus & ſingulis rebus optime conſulens ingenti cura ac recta conſtitutione mundum vniuerſum,perfectè moderatur regit atque gubernat.

θέσεις.i.Positiones.

I

Theologi loqui nequeunt de diuinis, nisi secundum modum rerum sensibilium, inter se differentiũ a quibus cognitionem assumunt.

II

Dictiones a naturalibus rebus assumptę seu alio quo uis modo translatæ, per similitudinem denotant indiuisa opera trinitatis ad extra.

III

IN scientia diuina non tantum voces, verum etiã res ipsę habent proprias significationes.

IIII

IN nominibus diuinis, siue subiiciantur siue prædicentur, considerari debet potius res intentione significata, quàm modus significandi.

V

Prędicata, quæ de Deo enunciantur, si absoluta fuerint, essentiam denotant, si positiua virtutem cũ essentia incompactam, si relata, mutuas personarum habitudines indicant, si respectiua creaturas respiciunt.

VI

Nullus terminus creaturis secundum rei veritatem cõueniens, potest de Deo quoque vniuoce prædicari, sed analogice necesse est eundem enunciari, Quod enim vni accidit alteri non potest esse substantia.

VII

Nomina deitati attributa, siue cõmunia, siue propria sint, abstracta vel concreta totius trinitatis perfectiones humanis mentibus representant; appropriata vero alicui singulari personę aliquã illarum perfectionum assignant.

Θέσεις.i. *Positiones.*

VIII

Remouenda ſunt omnia prorſus a Deo per priuationem & negationem quæ compoſitionem, limitationem, defectum, malũ atque imperfectionem ſignificant. At ſi quis hoc tãtum pacto Deum cognoſcat, cum non innitatur lumini fidei, ſimilis eſt cæco de coloribus iudicanti.

IX.

Propria nomina diuinarum perſonarom ſingulariter tantum de ſingulis prędicantur, cõmunia vero etiam pluraliter enunciantur; eſſentialia autem ſingulariter de ſingulis & de omnibus non pluraliter dicũtur. Quo fit vt tres perſonæ diuinæ, quarũ quęlibet eſt Deus atque omnipotens nõ ſint tres dii nec tres omnipotentes, ſed vnus tantummodo Deus omnipotens.

X

In diuinis ſunt tantum duo prædicamenta, quorũ alterum ſpectat ad abſolutam eſſentiæ vuitatem, reliquum vero ad relatam perſonarum pertinet trinitatem.

XI.

Deus non eſt directe in aliquo prædicamẽto reali, nec reductiue ponitur ſub aliquo genere intentionali; ſed eſt principium omnis eſſe.

XII.

Sicut intellectus, in ſcientiis humanis compoſita reſoluendo, à materialibus abſtrahẽdo, & multa ſub una ratione cõmuni intelligendo nõ fallitur: ita ſciẽtiam diuinam pluribus ſenſibus exponendo, per ſenſibilia intelligibilia cognoſcendo & variis conceptionibus ſimplicitatem diuinitatis percipiendo nõ errat.

αἰτήματα.i.Petitiones.

I

Omnia absoluta in Deo sunt vnum & idem.

II

In Deo nullum est accidens.

III

Nihil est impossibile apud Deum.

IIII

Diuinæ substantię nihil est contrarium.

V

Similitudo non rem sed tantum rei modum in diuinis declarat.

VI

Omnia subiiciuntur prouidentiæ Dei.

ἀφορισμοὶ.i.Determinationes.

I

Sempiterna virtus diuinitatis à mentibus creatis cognoscitur, vel per reuelationes infusas, vel per actiones ab ipsa prouenientes.

II

Quoniam nõ datur processus in infinitum in causis, patet Deum esse etiam ex declaratione termini id quo aliquid maius cogitari non potest.

III

Si non est absurdum, quòd participatione speciei plures homines differenter sint vnus homo, non debet etiam esse inconueniens, quòd totalitate deitatis tres personæ diuinæ sint vnus Deus.

IIII

Deus in trinitate personarum, propter indiuisibilitatem substantiæ, carentiam partium, & identitatem naturę est vnus & simplex.

V

Cum Deus tantummodo sit purissimus actus nõ

modo est ab omni materia seiunctus, uerum etiam nullam habet potentiam materialem adiunctam. Nō enim coincidit materia cum efficiente.

V I

Ideo vnitas in trinitate & trinitas in vnitate veneranda est; ne Deo attribuantur solitudinis, & sterilitatis, multiplicitatis & diuibbilitatis seu similium rerum defectus.

VII

Personæ diuinæ propter relationes per se subsistentes, seu propter tres proprietates nō quidem absolutas, sed relatas ad inuicem distinctas sunt tres Pater Filius & Spiritus Sanctus.

VIII

Quælibet persona est per se vna, & significat relationem per modum substantiæ incōmunicabilem, licet hoc nomen personę suppositis diuinis sit secundum rationem commune.

IX

Relationes in diuinis nō sunt accidentia quia per se subsistunt, & secūdum rem transeunt in diuinam substantiam, licet secundum rationem distinctionis remaneant in personis & non differunt fundamento ab essentia sed tantum inter se, quatenus respectus vnius personæ non potest alteri conuenire, ne contradictoria eiusdem de eodem simul & semel verificentur,

X

Actus essentiales ad omnes attinent sanctissimæ trinitatis personas, notionales autem per modum fieri & fluxus singulis personis diuinis ita conueniunt vtī eis sit ordo, quo cognoscitur à quo alius, & qui ab alio, sine vlla prioritate aut diuersitate essentiæ.

ἀφορισμοὶ.i. Determinationes.

XI

Respectus, seu relationes rationis in diuinis sunt multæ, relationes autem reales sunt quatuor Paternitas, Filiatio, communis spiratio & Processio. Tot enim sunt trium habitudines personarum.

XII

Notiones siue sint personarum, siue personales, in abstracto quidem denotant simplicitatem, in cõcreto vero subsistentiam, sicut & cætera nomina diuina, quæ aliter cognosci non possent quatenus ab aliquo vel à nullo procedunt. Vnde si relationibus innascibilitatem quoque addamus quinque notiones prouenient.

XIII

Personarum diuinarum nomina relatiua in abstra sumpta propter identitatem appellantur proprietates relationes & notiones, quæ suis actibus reali relatione inter se, ratione originis ad inuicem distinguuntur. Actus enim est qui separat & distinguit, Quam obrem essentia non generat cum in ea nulla sit distinctio, sed Pater. Nam actus & generationes sunt suppositorum.

XIIII

Pater cum sit priuatiue, & nõ negatiue sicut Spiritus Sanctus ingenitus, est principium sine prioritate naturæ, tanquã terminus à quo filius sine vlla causalitate procedit, ex quo omnis paternitas in cœlo & in terra, ab æterno quidem, per generationẽ, ex tempore autem per creationem, siue per regenerationem nominatur.

XV

Voluntati diuinæ nulla potest imponi necessitas, nisi quã ipsa sibi met ipsi & cũctis aliis necessariis rebus ĩponit. Itaque Deus Pater volens, nõ tamen voluntate, neq; necessitate sed natura, filiũ sibi per omnia coæqualẽ ab æterno genuit, cũ quo etiã, vna eadẽq; voluntate spirãdo produxit Spiritum Sanctũ:

ἀφορισμοί.i. *Determinationes.*

XVI

Ab interiori diuinę mentis conceptu, siue intentione, procedit verbum, tanquã à lumine splendor, siue potius lumen & tanquam ab intuente se in spe culo eiusdem naturæ imago. Quo circa Filius appel latur, speculum sine macula, splendor gloriæ, figura substantię, imago & verbum Dei inuisibilis, in quo permanens vitalis postmodum lucis instar omnibus creaturis manifestatur.

XVII

Per immanentem actionem intellectus diuini, in dicatur processionis modus filio congruens, cômu nicatur enim filio totaliter, à patre essentialis natura, per modum originis, ratione generationis; per quam est vnum & idem cum patre, verius quàm orbis & sua intelligentia; longeque perfectius quàm compositum ex materia & forma.

XVIII

Licet quælibet persona posit appellari spiritus, & sit sancta; tamen spiritus sanctus, ut spiratus, non tantum habet respectum ad patrem, sed etiam ad filium, à quibus nô tanquã nepos à patre per filium, sed tanquã ab vna virtute spiratiua procedit. Et quo niam debet per aliquã relatã proprietatem ab vtroque distingui, ideo vocatur amor personaliter sumptus, cui ratio conuenit primi doni, per quod cuncta dona gratuita donantur.

XIX.

Actio immanens diuinę voluntatis est amor, quo Deus pater; sicut intelligendo se producit verbum; ita pater & filius amando se ipsos, producunt vitali quadam spiratione; spiritum sanctum, qui idcirco nexus vtriusque vocatur.

XX

Absque omni motu locali, filius à patre, inuisibili

ter mittitur, tanquam ad aliquem terminum, more nuncii, vt in animas ſanctas, Deoque conformes, per gratiam inhabitet; ſpiritus ſanctus autem, mittitur à patre & filio tanquā donum, quo per charitatem homines Deo ſimiles fieri mereantur.

XXI

Potentia generandi, ſiue ſpirandi, non ſignificat habitudinem principii: ſed eſt ipſum principium, cō mune genito, & generanti, quo generans generat, quod cum vnum ſolummodo ſit, ut cōnotat eſſentiam, eſt cōmune tribus perſonis, ne dum filio: vt autem denotat actum notionalem: propriè pertinet ad perſonam patris, à quo reducitur ad actum, ne ſit fruſtra.

XXII.

Deus ſua immutabili voluntate, libere mutabilia cuncta, per cauſas neceſſarias ex ſuppoſitione; ordine admirando, diſponit; hominibus quid ſibi placeat, per prohibitiones, præcepta, conſilia, operationes, & permiſsiones, tāquā per ſigna quædam oſtendens; & ratione ſuæ bonitatis immenſæ; omnia dirigit conditionibus quibuſdam, ad fines ſibi præſcriptos.

XXIII

Amor eſt motus voluntatis, vnire cupientis in bono, rem ſibi aliqua decenti ſimilitudine, ſeu pulchritudine gratam; in quam pro viribus, amans ſuam bonitatem diffundit: Quā ob cauſam, Deus ita ſe ipſum & omnia alia diligit; vt ipſa charitas, ſiue amor, iure optimo debeat nuncupari.

XXIIII

Intellectus humanus, iuxta diuerſitatem cognitorum, & ſecundum varios modos cognoſcendi: pluribus nominibus varios ſuos actus, atque hábitus,

ἀφορισμοὶ. i. Determinationes.

& non vnquam etiã fines denominat. Mens autem diuina, nullo discursu indigens, cum non recipiat speciem ab obiectis extrinsecis, à quibus perficiatur; sed potius econuerso; sua eminentissima scientia visionis, vnico, & simplici intuitu, & seipsum per essentiam suam & cuncta alia, simul, perfecte, certissimeque, intelligendo comprehendit.

XXV

Rerum omnium veritas, est in quolibet entium, prout vario modo habent ordinem ad intellectum diuinum; in quo ab æterno tanquã in sole, siue in speculo illustrante, cognoscibilia cuncta relucent.

XXVI

Quamuis vita sit essentialis virtus animæ, cœlesti ope, mouentis semper se ipsam, per suã endelechiã, & energiam, ad assecutionem suarum perfectionũ, tamen Deus, clarissimæ lucis instar, ita sibi ipsi est vita, vt in ipso cuncta viuant, moueãtur, atque existãt.

XXVII

Deus est summum bonum, atque vltimus rerum omnium finis, ad quẽ omnia appetendo esse mouentur tanquã ad amatum obiectum, satians abundãter imensum voluntatis affectum, & in quo tandem omniũ appetitus, vel inclinatio terminatur.

XXVIII

In intellectu diuino. per se subsistentes existunt, formæ exemplares, omnium rerum pertinentium directe ad scientiam visionis, quibus Deus cognoscit, se esse participabilem per modum similitudinis, a suis effectibus positiuis: priuationes autem carentes idea; ex habitibus oppositis, illam habentibus cognoscuntur; nam rectum index vel est iudex sui & obliqui.

ἀφορισμοὶ.i. *Determinationes.*

XXIX

Deus non ratione materiæ,seu quantitatis,est infinitus;sed vt forma per se subsistens,& virtus immaterialis,cuius nutu determinantur potentia infinita materię post ipsius creationem per motum, & transmutationem,ad receptionem alicuius formæ finitæ & limitatæ.

XXX

Deus in seipso stabiliter permanens, nulla perfectione priuatus,quæ successione aliqua sit acquirenda,quemadmodum est primum ens independēs & immateriale, ita etiā est primus motor, immobilis & immutabilis.

XXXI

Sicut effectus secundum virtutem præexistit in sua causa;& secundū formā dependet à suo principio;ita perfectiones omniū rerū reperiūtur in Deo, & ab eodē in suis effectibus extrinsecis non per cōmunicationem totius similitudinis, sed per participationem eiusdem proueniunt,

XXXII

Perfectiones creaturarum,cum nec omnes,omnino,nec totæ, totaliter,nec semper, immutabiliter, nec substantialiter,in illis reperiantur,sunt imperfectæ,& terminatæ:perfectiones autem diuinę, quoniam nō habent imperfectiones oppositas sibi annexas,à quibus determinentur,sunt & virtutis infinitæ,& infinito modo perfectæ.

XXXIII

Cum Deus nō agat ex necessitate naturæ;neq; ab aliquo determinetur in operādo,sed potius sit principium actiuum,attingens semper finem sibi propositum:ideo tanquā potentia suprema, potest omnia possibilia absolute perficere,& etiā ea secundū naturā impossibilia, quæ ordini suæ veritatis,& bonitatis,nullo pacto repugnant.

ἀφορισμοὶ. i. Determinationes.

XXXIIII

Quamuis incorporalia per contactum non sint in loco (id enim est propriũ corporis,) tamen Deus sua immensa virtute, continens vniuersa, est super omnia, & sua præsentia, essentia, & potentia, est in omnibus, prout cuncta cognoscens, adest omnibus tanquam causa essendi, & operandi.

XXXV

Instans temporis mobiliter fluens, constituit terminum, atque mensuram omnium generabilium & corruptibilium, per innouationem & antiquitatem, ob perpetuam motus succeſsioné: instans vero æternitatis inuariabiliter semper simul manés Deũ æternum esse ostendit nullum terminum atque mensurã aut partium variam succeſsionem illi præscribens.

XXXVI

Ratio ordinis rerum dirigendarum in finem præ existit in mente diuina; quæ sicut sua prouidentia singulari aptat, atque disponit partes in suo toto; ita etiam sua causalitate vniuersali, præordinat finẽ, & gubernando inferiora per causas superiores; præ parat ea; quæ necessario requiruntur ad finem.

XXXVII

Sensibilium omnium finis (quem sua naturali potentia attingere possunt) est, non tantum conseruatio sui esse indiuidualis in bono; verum etiam essentiæ specificæ; intelligibilium autem finis est, ita agere per liberam suę uoluntatis naturam, ut diuina fauente clementia in gratiam perpetuo cõseruentur, & summo bono pro viribus aſsimilentur.

XXXVIII.

Sicut nulla multitudo per se existere potest sine vnitate, & non e conuerso; ita species quæ sunt sicut numeri, & harum indiuidua nó possunt à seipsis habere

habere esse: sed ab vnitate formali primi entis, ad quod omnia velint nolint, sunt tanquam ad suum principium, seu finem ratione alicuius ordinis redu cenda.

XXXIX

Actus diuinæ uirtutis, à rectitudine optimę uoluntatis per ęqualitatem proportionalem prouenientes, & vnicuique rei, conuenienti mensura, debitas perfectiones distribuentes, indicant Deum sua sanctißima iustitia, constituere legem, & ordinem in rebus sapientiæ suæ rationi conformem.

XXXX

Lex diuinæ bonitatis exigit, ratione iustitiæ, ut nullum malum sit impunitum; & nullum bonum inremuneratum: hinc fit vt mala agentes mala patiantur, & bona agentes εὐπάσχωσι. i. bona patiantur, seu beneficiis afficiantur.

XXXXI

Et si nulla uirtus in Deo reperiatur, secundũ pasſionis, uel perturbationis affectum; omnis tamen uirtur existit in Deo secundum suæ santißimæ bonitatis effectum: qui nunquam ad aliquod extremorum declinat: sed potius omnium rerum defectum, atque miseriam; ab ipsis extremis prouenientem repellit: nisi suæ saluti repugnent; & penitus aduersentur. Nam sponte lapsus in foueam inuite saluari non potest.

XXXXII

Vltra laborum mercedem, per diuinam misericordiam iustis (quanquam ex se non est iustus quisquã) diuersa munera meritum excedentia condonantur, cum non sint condignæ paßiones huius temporis ad futuram gloriam: & iniustis (si tamen resipiscant

à diaboli laqueis) iustitia clementer confertur, qua fœlicitatis æternæ, etiam iuste participes esse queant.

XXXXIII

Actiones iustitiæ & misericordiæ Dei, ratione summæ bonitatis à qua fluunt; non sunt contrariæ, licet ratione subiecti in quo terminantur, sint ualde disimiles: sunt.n.etiã in via ita connexæ propter commixtionem bonorum, & malorum, vt una nequeat ab altera separari.

XXXXIIII

Sicut quęcunque deuiant ab ordine diuinæ prouidentiæ per vnam causam particularem relabuntur in eundem per aliam: ita peccatores, suis sceleribus semper seipsos à diuina bonitate misericordiæ auertentes, & nunquam propter Deum aliquid boni facere cupientes, in bonitatem diuinæ iustitiæ incidunt; qui tamen si saperent, cum puniantur citra condignum, Deum erga seipsos misericordẽ quoq; esse cognoscerent.

XXXXV

Deus sua abditisima prædestinationẽ atque iustisima præparat se diligentibus gratiam in uia: & gloriam seu beatitudinem in patria; iis autem, qui Deum odio prosequuntur, auferuntur iuste dona gratuita: & relinquuntur misericorditer munera naturalia, quibus abutentes remouentur à conspectu visionis diuinę: ne sancta canibus dentur, aut suibus margaritæ.

XXXXVI

Qnẽdamodum ordo diuinæ prouidentiæ exigit, vt quædam necessario, & quædam contingenter eueniant, secundum conditionem causarum proxima-

rum, à quibus effectus immediate procedunt: ita effectus prædeſtinationis, quæ prouidentię pars eſt, requirit bona opera, pręordinata à Deo: quibus tanquam per cótingentes cauſas neceſſario requiſitas; electi, præparata diuina benignitate, vitæ ęternæ munera conſequantur.

XXXXVII

Quanquam propoſitum puniendi, ſicut & miſerendi in mente diuina fuerit ab æterno: executio tamen in tẽpore fit: Deus. n. non eſt prius ultor quàm Sathan, vel homo peccator: quam ob cauſam ſicut ab initio, humani generis hoſtis, ſua malitia, ſemper peccaturus peccauit: ita impii poſtquam terminum diuinæ benignitatis ſunt tranſgreſsi; vellent ſine fine viuere, ut poſſent ſine fine peccare: Quid mirum ergo ſi æternaliter damnẽtur? cũ ſint uaſa iræ apta in interitum, neque ſapere velint quæ Dei ſunt, cum tamen habeant intellectum & voluntatem: ſicut & electi: & pluribus etiã ſępe inuia bonis tẽporalibus quã electi abundent, ne quid male de Deo ſentiant? Epulo nanque diues, in Lazarum inopem, ſæuior in æternum habitualiter ſaltem, canibus extitiſſet, & ſic de ſingulis. Iudicent igitur omnes homines, ſibi adhærere Deo bonum eſſe, alioquin adhærebunt Sathanæ, in æternum cum diabolis cruciandi.

XXXXVIII

In mente diuina, quæ metaphorice liber vitę per ſuam præſcientiam appellatur, ſiue in cœlis (vt teſtatur author ipſius vitæ) ſcripta ſunt omnium electorum nomina militum, vt pugnantes vnà cũ Chriſto duce inuicto, aduerſus ſuos hoſtes, completo tandem certamine, fœlici victoria potiantur, laborumque ſuorum mercedem, & æternæ gloriæ coronam accipiant.

ἀφορισμοὶ.i.*Determinationes.*

XXXXIX

Quicunque more hypocritarum male bona faciunt, quicunque etiam ideo nihil mali committunt, quia non habent delinquendi facultatem, qui insuper oderunt peccare formidine pęnę, ac tandem sẽper mali; non modo non sunt scripti in libro uitæ, sed etiam si quid unquam boni fecissent; cuius causa viderentur electi ad uitam ęternam, nisi perseuerauerint in bono quod cœperint, delentur omnia illorum acta de libro uitę nullo pacto inter opera iustorum communeranda.

L

Deus tantum nullo extrinseco bono indigens, suasque sibi, & uniuersis rebus sufficientes perfectiones cognoscens, est penitus beatus, & fœlix, in quo vniuntur omnia bona, sicut rectę lineę omnes in suo centro.

προβλήματα.i.*Obiecti ones.*

I

Cur Theologia est dignor omnibus aliis scientiis?
An quia certior?
An quia vtitur aliis scientiis, sicut architectonica, aliis artibus tanquam ancillis?
An quia est diuinitus reuelata?
An quia necessaria & vtilis est homini ad consequẽdam salutem?
An quia dirigit mentem hominis in Deum?
An quia subalternatur Theologiæ Dei & beatorũ?
An quia ratio formalis obiecti pertinentis ad istam scientiam est una?
An quia propter rationem communem, qua Deus cognoscitur, & amatur, est speculatiua, & a ffecti-

προβλήματα.i.Obiectione.

ua,& propter directionem actuum humanorum; quibus propter Deum legis obseruantur præcepta, est practica?

An quia est sapientia?

An quia plures sub vnitate historiæ latent sensus?

An quia innititur lumini fidei?

An quia Deus cum sit humanæ mentis obiectum est etiam nobilissimum sacræ theologiæ subiectum? Sed

II

Si Deus est incomprehensibilis; quomodo potest de Deo haberi scientia?

An per visionem corpoream, seu imaginariam?

An per visionem intellectualem?

An lumine naturali?

An lumine gratię?

An per aliquam similitudinem cognoscentis ad cognitum?

An per effectus?

An per aliquam nominum rationem?

An per creaturas, quatenus representant Dei uestigium, similitudinem, siue imaginem?

An tanquam principium omnium productiuum?

An nominibus metaphorice sumptis?


An per affirmationes & negationes?

An per essentiam? Sed

III

Si Deus est infinitus, quomodo potest esse unus & trinus? Trinitas.n. est trium unitas; & significat determinatum numerum personarum.

An quia in vnitate essentiæ est etiam unitas ordinis? cui non triplex, nec terna; sed trina tantum conuenit habitudo?



προβλήματα.i. Obiectiones.

An quia in tribus suppositis, existit æqualiter unitas eiusdem naturæ?

An quia personæ non differunt nisi ratione solum, siue secundum nostrum modum intelligendi ab essentia; & inter se realiter relatiue?

An quia diuinitas & relatio sunt idem identice; & non formaliter?

An quia prædicata essentialia, propter identitatem, de personis affirmatiue in recto: relationes autē, propter diuersitatem earundem negatiue ad inuicem tantum uerificantur?

An quia essentia seu natura sicut & quælibet perfectio est communicabilis, persona autem seu suppositum incommunicabile?

An quia Deus cum sit unus pluribus conceptionibus intellectus correspondet?

An quia omne trinum perfectum?

An quia pluralitas personarum in Deo non est subiectiue sed obiectiue, seu tanquam in fundamento?

An quia in diuinis est una persona producēs & duę productæ?

An quia omnis pluralitas ab unitate procedit, & ad ipsam reducitur?

An quatenus à uirtute essentiæ intelligibilis, cum sit infinita, libere procedunt effectus per immanentes actiones sibi penitus adæquati, qui cum per se subsistant ob uocabulorum penuriam personæ siue etiam supposita nuncupātur? Sed dubitatur.

IIII

Quomodo existant processiones in diuinis, non .n. sunt motus nec fiunt per motum nec sunt accipiēdæ prout effectus extrinsece & dependenter procedunt à suis causis.

προβλήματα.i.Obiectiones.

An secundum emanationem intelligibilē ad intra?

An per generationem, & spirationem qua communicatur totaliter eiusdem naturæ similitudo? Nō enim procedit Filius à Patre sicut capillus à capite; Sed sicut à uiuente eiusdem naturæ siue formæ specificæ aliquod animal.

An ratione principii à quo sine causalitate procedit uerbum per se subsistens, & amor à nullo dependens?

An quatenus ab unitate agentis diuini procedunt duæ operationes uitales seu essentiales, quarum altera pertinet ad intellectum, altera uero ad uoluntatem?

An per relationes quæ nullo pacto sunt extrinsecæ?

An ratione ordinis æqualiter ad diuinas personas pertinentis?

An per actionem & passionem perfectiuam?

An per ὑπόστασιν hoc est, subsistentiam personarum quæ inter se habent oppositas relationes?

An quatenus proprietas relatiue significatur per modum formæ?

An per originem?

An quoniam in diuinis est distinctio personarum sine aliqua differentia vel diuersitate essentiæ?

An per actus notionales, qui proprii sunt personis, & non per essentiales, qui sunt communes? Sed cum non possint simul intelligi perfectiones siue actus essentiales sicut nec semel notionales. Loquar primo de bonitate Dei, & obiiciendo siue istando quæram.

V

Quomodo Deus est bonus siue potius summum bonum aut etiam ipsissima bonitas?

προβλήματα.i.*Obiectiones.*

An quia omnibus rebus constituit seu imponit modum, speciem, & ordinem, in quibus ratio boni consistit?

An quia non tantum est primum rerum omniũ principium uerum etiam finis?

An ratione impeccabilis sanctitatis?

An quia clementer est pius atque misericors?

An quia est iustus?

An quia est per se appetibilis & amabilis?

An quia intentio seu propositum diuinæ uoluntatis semper est bonum cum appetat sua uoluntate antecedente omnium hominum sanctificationem atque salutem?

An quia Deus nihil vult nisi bonum quod est obiectum uoluntatis?

An quia actus uirtutis non solum theologicæ sed etiam moralis prouenit à uoluntate humana quatenus est diuinę conformis?

An quia Deus eminenter continet cuiuscunque generis perfectiones?

An quia tantum Deo est fruendum, reliquis autem rebus propter Deum vtendum?

An quia ex malis bona elicit? quod patet de Ioseph qui dixit fratribus suis vos cogitastis de me malũ, sed Deus uertit illud in bonum, sed cum Deus agat per voluntatem cuius obiectum est bonum, & per intellectum cuius obiectum est uerum, quęro nunc.

VI

Quomodo Deus est verax uel etiam summa ueritas?

An quia suo intellectu cuncta complexa & incomplexa comprehendit?

An quia scibilium omnium habet perfectam scientiam?

προβλήματα .i. Obiectiones.

An quia sua prudentia nunquam operando decipitur neque errat?

An ratione suæ prouidentię cuius pręordinatione finem suum consequi cuncta possunt?

An pro vt est omnium artifex omnem habens virtutem omnia prospiciens?

An propter summam sapientiam qua cũ sit vbique omnia uidet certissimeque intuendo cognoscit?

An per prescientiam futurorum?

An per ideas?

An quia omne uerum est obiectiue semper prçsens in intellectu diuino, à quo postmodum infunditur in intellectu creato?

An quia præterita & futura tanquam prçsentia sine aliqua temporis differentia cernit?

An quia mentiri nequit, nec fallere neque falli?

An quia vniuersa per essentiam suam cognoscit qui totius vniuersi est causa & principium? Sed quoniam ab agente habente potentiam infinitam debet procedere effectus infinitę virtutis, ideo quæro.

VII

Quomodo Deus sit infinitus,

An quia omnipotens?

An quia æternus?

An quia potest non tantũ efficere possibilia, uerum etiam impossibilia? Potest nanque facere hominem esse bouem sicut patet de Nabuchodonosor Rege Asiriorum.

An quia potest modo uelit creare plures, uel etiam infinitos mundos inter se differentes?

An quia magnitudinis eius non est finis?

An quia esse diuinum non est receptum in aliquo

προβλήματα.i.Obiectiones.

determinate ſicut forma in materia quã cõtinet.

An quia potentia Dei à nullo agente ſuperiori poteſt determinari?

An ratione potentiæ abſolutæ?

An quia Dei potentia nulla menſura comprehendi, coarctari, nec circumſcribi poteſt?

An quia uirtus immaterialis ſuprema nihil patitur operando?

An quia mouet in tempore infinito?

An quia ſine reſiſtentia ulla poteſt efficere quod cũ que uoluerit? Sed

VIII

Si Deus ſemper uult bonum, cur permittit mala fieri?

An propter decorem uniuerſi?

An quia oppoſita iuxta ſe poſita magis eluceſcunt? Malum nanque recte ordinatum & ſuo loco poſitum eminentius commendat bonum?

An quia malum eſt ſemper alicui bono adiunctum? nemo.n.reſpiciens ad malum aliquid agit.

An quia ſicut corruptio unius eſt generatio alterius, ita malum unius eſt bonum alterius?

An ratione exceſſus uel defectus, qui circa uirtutis mediocritatem conſiſtunt?

An quia multa ſine Deo fiunt à creaturis non contra, ſed pręter uoluntatem diuinam, quæ Deus ideo permittit ut ſua potentia nota fiat ex impotentia creaturæ? Priuatio enim cognoſcitur per habitum, huius autem bonitas e conuerſo.

An quia cuncta mala culpæ per ſapientiam ordinantur ad bonum iuſtitiæ? Nam ſtultus in culpa ſapiens fit in pœna.

An quia ſuſtinent interdum homines aliquid mali

προβλήματα i. Obiectiones.

ne deterius ipsos aliquid agere aut pati contingat, aut ut inde aliquid boni eueniat?

An quia omnium pœnarum quibus homines affligũtur per subtractionem gratiæ uel priuationem boni Deus est causa? Nautæ.n. pręsentia est causa salutis nauis cuius absentia perditionis.

An quia defectus causarum secundarum attribui (non tamen recte) solet causę primę?

An quia Dei bonitas est mẽsura & perfectio omniũ bonorum à qua quęcunque auertuntur atque recedunt per accessum seu conuersionẽ ad aliquid aliud delirant peccant, & bonum omittendo mala committunt?

An quia causę secundę propter imperfectionẽ seu aliquem defectum quandoque aberrant à scopo, & finem sibi proprium non attingunt? Vt igitur candide lector finem tibi proprium (fœlicitatem scilicet) consequaris, caue ne Dei imaginem & similitudinem criminibus ac flagitiis polluas; Sed potius tota mente ac purissimo corde eum perpetuo dilige, qui pro te ex nihilo cuncta creauit.

LIBRI PRIMI
FINIS.

ELEM. SACR. THEOL.

LIBER SECVNDVS.

Ὅροι.i. *Definitiones.*

I

Deus eſt cunctarum rerum principium, quo nihil eſt prius & cauſa efficiens, ad cuius eſſe ſequitur totius vniuerſi effectus atque perfectio.

II

Creatio eſt ſanctiſsimæ trinitatis operatio, ingenti ordine, vniuerſa ex nihilo per ſuos gradus ab eſſe cognito ad eſſe reale, per ſimplicem emanationem producens.

III

Natura, ſeu anima mundi eſt principium motus & quietis intrinſecum, diuina uoluntate creatum, latenti quodam ſpiritu ex ſuis partibus uniuerſa cōponens.

IIII

Angelus ſiue potius numen, eſt incorporea intelligibilisque ſubſtantia, & lux ſpiritualis diuinę mentis particeps, Deoque aſsiſtens, quem tanquam Dominum ſuumque creatorem ſemper ueneratur & colit.

V

Demon ſeu lar eſt intelligentia Deo rebellis, numinibus irata, & hominibus inimica, quæ nititur pro uiribus ſe ſe extollere, & alios incitare aduerſus Deum, quem potius tanquam ſuę naturę authorem venerari deberet.

VI

Anima eſt forma ſiue perfectio corporis organici, & naturalium ſeu uitalium operationum principium ſuis gradibus ſpecies viuentium diuerſas conſtituens.

VII

Intellectus seu mens est substantia immaterialis actu suscipiens intentionales rerum omnium species, quarum habet ex usu rationis per causas proprias perfectam cognitionem atque scientiam.

VIII

Manes seu lemures sunt animę ab humanis corporibus per interitum absolutę, ac iusto Dei iudicio fœlicitatis ęternę seu calamitatis participes.

IX

Materia est potentiale & indeterminatū cuiuscunque mutationi subiectum à Deo productum habens aptitudinem, & inclinationem, & per priuationem sibi annexam appetitum ad receptionem cuiuslibet formę à qua contrahitur postmodum, ad determinata indiuidua cuiuslibet speciei.

X

Forma est optima, singularisque substantia, diuinitus materiam cui per modum impressionis coniungitur de potentia educens ad actum, cuius uirtute cuncta composita habent proprium esse ac determinatas perfectiones agendi.

XI

Cœlum est inalterabile corpus ex tota sua materia à priuatione disiuncta, & forma inseparabili constans, quod lumine & motu non habente contrariū formaliter per suam uirtutem proprias perfectiones in omnibus sensibilibus influit.

XII

Elementum est corpus simplex, ex quo cuncta cōposita materialiter constant, & in quo postmodum resoluuntur, cui ratione primarum qualitatum secundum totum competit naturaliter motus rectus

reliqui uero motus ſecundum partes.

XIII

Animal eſt ſubſtantia animata ſenſitiua, ſua ſponte ad omnes differentias poſitionis ſe mouens, & per vim vegetandi ſe iugiter ratione caloris innati, & humidi radicalis, alendo & ſuam ſpeciem generando conſeruans.

XIIII

Planta eſt corpus anima uegetante, ſeu aereo quodam ſpiritu uigens & motum ſecundum qualitatem & quantitatem determinatam ſuſcipiens, & diuerſis partibus animalium correſpondens.

XV

Minerale eſt liquabilis humor per alteratioñe in uiſceribus terræ, congrua concretione denſatus.

XVI

Lapis eſt terrea ac ſolida propter denſitatẽ ſubſtãſtantia tenuiſsima quadam ſenſim congelata humiditate compacta.

XVII

Motus eſt actus entis in potentia tendentis ſucceſ ſiue per medium ad terminun loci uel quantitatis ſeu qualitatis extremum.

XVIII

Tẽpus eſt mẽſura motus ſecũdũ prius et poſterius præteritũ cũ futuro, per inſtãtis ſucceſsionẽ cõiungens.

XIX

Locus eſt ſuperficies corporis per contactum ſuo modo receptũ cõtinẽtis & cõſeruãtis locatũ, quod à natura recipientis reſpectu eiuſdẽ eſt penitus denudatum.

XX

Mutatio eſt opus naturæ diuino nutu diſponẽtis materiam propter ſuam imperfectionẽ, ut ab ea fiat

Ὅροι.i.Definitiones.

vnius formæ per deperditionem alterius acquisitio.

XXI

Quantitas est mensura substantiæ materiam determinans, ut per multitudinem partium secundum proportionem sibi inuicem connexarum magnitudo totius integralis resultet.

XXII

Qualitas est accidentalis sensibilisque perfectio, inseparabiliter ratione generis contraria per se continentis insequens formam substantialem.

XXIII

Actio est suppositi per formam seu per naturalem potentiam aliquid in approximato ac proportionato subiecto operantis effectus.

XXIIII

Passio est alicuius mutationis receptio in subiecto aptonato, qua passum ab agente propinquo destruitur seu perficitur.

Θέσεις.i.Positiones.

I

A primo principio communicatum est omnibus esse, & uiuere, aliis quidem clarius, aliis uero obscurius.

II

Perfectius agens pauciora semper in suis operationibus præsupponit.

III

In his quæ fiunt sine motu simul est fieri & factum esse.

IIII

quanto magis potentia est remota ab actu, tanto maior in agente uirtus requiritur;

V

Cum accidentia sint entia quia entis ideo sunt creaturæ concreatæ potius quam creatæ.

Θέσεις.i.Positiones.

VI

Creaturę omnes habent ſuas perfectiones, per diuinę bonitatis participationem.

VII

Dans formam dat etiam conſequentia, & determinata menſura conſeruantia formam.

VIII

Creator ratione tantum ad creaturam, hęc uero ad ipſum & re & ratione refertur.

IX

Defectus omnes à cauſis particularibus, & nunquam ab uniuerſali proueniunt.

X

Omne imperfectum reducitur ad perfectum, ſicut omne per accidens ad per ſe.

XI

Remotis omnibus prohibentibus & contrariis ab aliquo ſubiecto, ſi conuenientia actiua recte applicentur paſſiuis materia facile obedire poteſt agēti.

XII

Mundus ex diuerſis partibus & particulis, inter ſe mutuo ordine ac proportione connexis, & varios gradus perfectionis habentibus conſtat.

αἰτήματα.i.Petitiones.

I

Deus eſt cauſarum omnium cauſa.

II

A deo cuiuſcunque generis bona procedunt.

III

Effectus ſemper repręſentat ſuam cauſam.

IIII

Creatura non poteſt eſſe creator.

A Deo

αἰτήματα.i. *Petitiones*.

V

A Deo dependet cœlum & tota natura.

VI

Deus & natura nihil agunt frustra.

ἀφορισμοὶ.i. *Determinationes*.

I

Sicut Pater & Filius sunt unum principium spiritus sancti, ita Pater, Filius, & Spiritus Sanctus per omnipotentiam, sapientiam, & uoluntatem, quæ omnibus, & singulis personis diuinis æqualiter & simpliciter competunt, sunt unum principum mundi, non solum quo ad totum uniuersum, sed etiam quo ad singulas eius partes. II

Si generatio est mutatio geniti & non generatis de non esse ad esse, cur non potius creati creatio? Et si per naturæ virtutem determinatam ex non homine fit homo, cur inficias ibunt philosophi Deũ quẽ fatentur uirtutis infinitæ non potuisse ex non mundo per creationem sine sui mutatione facere mundum? III

Artifex ut inducat formam accidentalem requirit subiectum in actu, Agens naturale præsupponit ens in potẽtia ex quo ratione uirtutis seminalis educitur & in quo inducitur forma substantialis, Numina operantue circa naturam rerum pro vt nutu diuino habent virtutem obedientialem, Deus autem creando nihil præsupponit.

IIII

Creaturæ omnes & præsertim sensibiles habent esse participatum à sua essentia prorsus distinctum, nullus enim hominum est tota humanitas, & sic de aliis, Nullum item dependens est sibi ipsi causa essẽ

di, sed sicut maxime calidum est causa omnis calidi ita maxime ens & maxime uerum est causa omnis entis & ueri.

V

Diuina uoluntas in suis operationibus non subiicitur tempori nec indiget motu. At quoniam intellectus humanus non potest plura simul unico actu intelligere, ideo opus fuit ut rerũ omniũ naturalis ordo per metaphorici temporis distinctionẽ facilius innotesceret. Nam qui uiuit in æternum creauit omnia simul atque perfecte. Vnde sicut se habet aer ratione illuminationis seu caliditatis ad solem: ita se habent creaturæ ratione suæ momentaneæ creationis seu temporalis conseruationis ad Deum.

VI

In rerum creatione, quædam pertinent ad distinctionẽ uel ordinem, quędam uero ad ornatum siue decorem, quibus perfectiones creaturarum intrinsecę uel extrinsecæ denotantur, ideo non solum creata uerum etiam distincta fuerunt à Deo formaliter omnia entia per uarios inęqualitatis gradus, qui nomine dierum in sacris literis designantur, ut suauissimo concentu, & debita proportione, in pulcherrimo unitatis ordine inter se differentia conuenirent & ad unicum suum opificem, multipliciter referrentur.

VII

Vt Deus suam bonitatem omnibus creaturis communicaret in principio temporis, per uerbum suum & spiritum more artificis cuius uoluntas fertur super materiam suę artis aquas fouentẽ, cœlum creauit & terram, hoc est uniuersum mundum, ex cęlesti & elementari sphera constantẽ, cuius termini sunt

cœlum & terra, seu mauis materiam & formam, siue potius substantiam perenni tempore mobilem atque etiam perpetuo quiescentem. Terra nanque sua soliditate ac densitate grauissima, omnibus aliis simplicibus corporibus ipsam ambientibus immobiliter substat, in quorum medio sita est tanquam in circulo centrum, & sua informi, atra, seu inani opacitate in partibus infernis abyssi hoc est propinquioribus mundi centro crassioribus tenebris est obducta. Quam ob rem ab eius umbra lunę, & noctis obscuritas sẽper procedit. Cœlũ autẽ cœli, seu cęlorũ primum, siue illud mobile uel immobile sit omnia suo ambitu cęlans & continens totum accidentali luce refulget. Hinc non inepte gręci illud αἰθέρα ϗ ὀλυμπον Theologi uero ab aquę perspicua claritate crystallinum, & ab ignis splendẽti fulgore sumpto à gręcis uocabulo ἐμπύριον appellarunt.

VIII

Cum lux intelligibilis, pręcipuum inter reliquas creaturas gradum per participationem ęternitatis obtineat, Deoque propius per suę naturę spiritualis conformitatem accedat, idcirco primo die per uerbum facta fuit, & in primo entium ordine constituta & diuisa tanquam à malo bonum à tenebris, & fallacia demonum superborum, qui ab initio peccati diuina gratia abutentes in Spiritum Sanctum sua pertinaci malitia peccauerunt. Lux autem sensibilis, quę actiua qualitas est corporis alterantis sua pręsentia diẽ & absentia noctẽ cõstituens, à tenebris rerũ manifestationẽ auferẽtibus, est distincta per mane quod est initium lucis & uespere tenebrarum quę semper se mutuo consecuntur per successiuam, connexionem temporis diurni, atque nocturni, uerum

ita ut ſemper & ſimul, non tamen ubique, ſed in oppoſitis hemiſpheriorum meridianis, ſit nóx & dies & in horizontis terminis horum termini.

IX

Aether ſecundo die creatum ratione materiæ quæ non poteſt ſuſcipere aliam formam, & propter ſuam ſtabilitatem qua ſemper ſine mutatione loci aut fatigatione mouetur totum & quieſcit omne firmamentum vocatur, eo quod polis ſuo axi coniunctis firmiter innitatur, & ſua ænea ſoliditate, hoc eſt indiſſolubili, per aliquam alterationem natura diuidit aquas vitales ſupernorum influxuum, ſeu cœlorum, quæ ſe habent tanquam medium mutui conſtatus cœleſtium globorum tanquam ενελημα ιν ἰσ-κρομμυφ ab aquis elementaribus vim humectandi habentibus, non autem viuificandi aut fortaſſe etiã nutriendi.

X

Non ſolum ordo naturæ, ſed ſucceſsionis etiam in opere creationis aduertendus eſt. Quam ob cauſam, cum terra, prius eſſet inanis & uacua, ſeu inuiſibilis, ideſt aquis ſuo ambitu eam tegentibus cooperta, tertia die iuſsit Pater omnipotens ut, ut diuideretur & ſepararetur à mari, quod ſemper fluit ac refluit, & in quo omnes congregantur ſiue confluunt amnes, ut plantas cuiuſcunque generis, ſua perfectione ſeminis ſcilicet virtute vigentes, humus aquis iam fæcunda produceret, quæ iuxta diuerſitatẽ ſuarum ſpecierum, ratione proprietatis, uel qualitatis, ſeu complexionis, latentes uires, ſiue manifeſtas habentes.

XI

Aſtra æteri diuina uoluntate cauſa ornatus inſi-

ra,vna cum planetis die quarto creata, post plantarum productionem, dicuntur, ne homines, ea deos esse crederent, quæ sibi ob uicissitudinem temporũ ad sensibilium rerum manifestationem & ortum perpetuo inseruire debebant. Ita enim se habent quodammodo stellæ in cœlo, sicut herbæ in terra. Cum autem firmamento sidera immutabiliter hereant, nõ mouentur sicut piscis in aqua, sed ad motum totius sicut malus in naui. Planetæ autem ob suorum polorum & orbium diuersitatem contrariis secundum longitudinem, latitudinem, & altitudinem, motibus deferuntur.

XII

Auium, piscium, atque reptilium, idem uidetur esse generationis materiale principium, ouis nanque in quibus aqueus humor, manifeste prædominatur vitali colore fotis gignuntur. Vnde ipsorum creatio quintæ diei ascribitur ut post cœlestium orbiũ decorem, aquarum quoque ornamentum significetur, circa quas eius modi animantia gradiuntur. Reptilia .n. sub latice serpunt, pisces in aqua natant, aues autem, quas nunquam aer purissimus sustentaret supra udos uolant aquæ uapores in aere consistentes.

XIII

Cœlum omnium simplicium corporum supremũ & locus beatorum stellis primæ, secũdæ, tertię, quartę, quintę, & sexte, magnitudinis fuit ornatum terra autem omnium elementorum infimum, & locus uiatorũ, nõ modo plantis tertia die: sed etiam serpentibus, bestiis, & iumentis sexta Deo sic imperante repleta fuit; at quoniam hactenus totius conditor orbis cuncta per creationem effecerat; uoluit quoque

per plasmationem sibi similem effectum producere, in quo totius mundi perfectiones uirtualiter unirētur. Formauit itaque hominem de limo terræ, & spirauit in faciem eius spiraculum uitę, eundemque in horto delitiarum, amęnissimo scilicet totius orbis terrarum situ collocauit, & ex una illius sopiti costa cum ad prolis propagationem solus non sufficeret (quamuis utriusque sexus uirtute fæcundus) formauit adiutorium sibi in specie simile, ut mutua maris, ac fœminę coniunctione, species humana, per successiuam indiuiduorum generationem sicut & reliquorum animalium diutius conseruaretur in esse.

XIIII

Post suum soporem cum cognouisset Adam ex sua costa Euam fuisse à Deo formatam, matrimoniū statim constituit, ostendens parentes esse à filiis vxoris causa relinquendos, propter bonum prolis, ut & ipsi quoque parentes euadant, non tantum per coniugium, seu copulam corporum, quę brutis quoque, & peccatoribus uidetur esse communis, sed etiā per mutuum animorum consensum in Dei obsequium, quod sanctis hominibus solummodo competit.

XV

Completa mundi creatione, intuens summus opifex cuncta quę fecerat cognouit ea esse non modo bona secundum substantiam, sed etiam optima quoad ornatum. Itaque die septimo ab opere creationis quiescens, rerum que omnium conseruationi prouide consules omnibus sua bonitate rebus conditis benedixit, corruptilibus quidem, vt sibi similia in specie, uirtute cœlesti, ex materia sibi propiquiori uel ex semine sua potentia generarent, intelligibilibus autem ut sibi astantes cœlorum globis sem-

ἀφορισμοὶ.i, *Determinationes.*

per aſsiſterent, Hominem uero ut plenius ſuam ſimilitudinem, imaginemque referret, cũctorum corruptibilium dominum regemque conſtituit ut optimo rerum omnium usu Deo ſemper viuere niteretur & tandem fęlicitatis ęternę Deo auxiliante particeps fieri poſſet.

XVI

Ex perfectione ſenarii numeri, qui ex coniunctione ſuarum partium aliquotarum reſultat, diuinorũ operum perfectio eſt aduertenda. Primus etenim dies ſpirituali, & ęternę creaturę tribuitur, duo ſequentes creationem viſibilium atque ęternorũ corporum complectuntur. Reliqui vero tres ſimpliciũ corporum ornamentum, hoc eſt compoſitorum productionem actualem, vel potentialem comprehendunt, quę omnia à Patre dicente à verbo dicto ideſt Dei filio & à ſpiritu sancto ea probante in quibus ſibi ſanctiſsima Trinitas complacebat ex nihilo creata fuerunt.

XVII

Omnia appetitu naturali, aut ſenſitiuo, ſiue intellectiuo poſt ſuam creationem exoptant conſeruationem ſui ipſius, ne pereat, ac deſtruatur sanctiſsimę Trinitatis veſtigium, uel ſimilitudo, ſeu imago quę in ipſius relucent. Deus.n.ratione principii, medii, & finis, ſeu mẽſurę, numeri, atque ponderis aut modi, ſpeciei, & ordinis ſenſibilibus omnibus ſui veſtigium indidit, ſenſitiuis autem per ſubſtantiam, virtutem, & operationem, ſiue per ſenſum, phantaſiam, & appetitum ſeu per eſſentiam, animam, atque vitam ſuę ſimilitudinis partem conferre voluit. At mente prędițis creaturis ob mentem notitiam, & amorem, ſeu ob memoriam, intellectum, & uoluntatem, qua

ἀφορισμοὶ.i.*Determinationes.*

debent appetere ea tantum quę sciunt, & possunt di uini luminis impressit immaginem, vt in cũctis suis actionibus summi opificis omnipotentiam timerent sapientiam colerent, ac bonitatem omnibus suis uiribus semper & ubique amarent.

XVIII

Numina non tantum habent uim intelligendi; qua rerum ueritatem à falsitate discernũt, verũm etiam memorandi uirtutem, quę metaphorice locus specierum appellari potest, atque insuper uolun taté qua bonũ uel malũ bene, uel male libere sequi seu eligere atque optare possunt. Cũ igitur cogno uissent Angeli lucis se diuina gratia, quam abiicere noluerunt, esse quod sunt amore naturali, qui ordinatur ad charitatem, electiuo, seu intellectiuo Deũ magis & potius quam se ipsos amantes, sicut Deum, hoc est bonorum omnium datorẽ, ac largitorẽ glorificauerunt. Vnde sui arbitrii libertate Deo ad hęrentes perstiterunt in gratiam, quam initiatiue acceperant, & in qua postea completiue, ita confirmati fuerũt ut ab ea excidere nequeãt siquidẽ habent uo lũtaté immutabilẽ in bono, & Deo inseparabiliter ita ad hęrent, ut vnum cum illo sint, quoniam qui adheret Deo vnus spiritus est cum eo. Potestates au tem tenebrarum reicientes primam gratiam diuina munera contemnentes, donis naturalibus abutentes, Deum odio prosequentes, bonum vitantes, ac malum eligentes, summo bono priuati, mala in perpetuum patiuntur. Bonum. n. non nisi uolentibus, vltroque recipientibus conferri, malum autem uiolenter, etiam inuitis potest inferri.

XVIIII

Intellectualis natura, & per gratiam quę nullam

imponit voluntati necessitatem sicut & cuncta alia, & in gratia quę adiuuat opus libere operantis ut per charitatem mereatur gloriam seu beatitudinem, cōdita fuit. Natura .n. non perficitur sine gratia. Itaque secundum diuersos gradus naturę ordinatę ad gloriam, diuersis etiam gradus gratię singulis dati fuerunt angelis, ut beatitudinem excedentem cuiuscunque naturę createę facultatem acquirerent ad quam nullus pertingere potest nisi per merita. Nemo .n. sine aliquo frui potest nisi recte vtatur iis quę sunt ordinata ad finem. Cum autem natura sit à gratia operatio, tamen est à natura quarum fœlicitas pręsupponit, Charitas. n. uel zelus, siue in Deum intensissimus amor pręsupponit dilectionem naturalem, quę à libertate arbitrii prouenit. Liberum nanque arbitrium gratia informatum, gratia neminem deserente bene uel male vtens bona uel mala consequi & possidere meretur. Meritum .n. habet ratione uię ad finem. Nam nemo laborat, ut acquirat, sed tantum ut conseruet, quod iam habet. Labor autem seu operandi difficultas aliquod tempus requirit, donec remoueatur impedimentum, quod ab impotentia, seu reluctatione, siue resistentia prouenit. Potentia .n. agentis in instanti seu in tempore ob defectum, seu imbecillitatem virtutis frustratur, & non nunquam opprimitur ab improportionato excessu obiecti. Excellens.n. sensibile corrumpit & destruit sensum, licet excellens intelligibile proportionate tamen perficiat intellectum. Quare angelici spiritus in primo instanti suæ creationis nō fuerunt beati nec miseri, sed suis meritis, seu demeritis summam beatitudinem uel infælicitatem sunt adepti, postquam ad terminum gloriæ seu miseriæ tan

quam currentes ad brauium peruenerunt.

XX

Actu semper intelligentes angeli quorum scientia diei nomine designatur, ob notitiam vespertinã quæ tenebris est propinquior, res in propria forma, per species concreatas sibique connaturales: sine aliquo discursu cognoscunt. Ob cognitionem autem matutinam, luci increatæ propinquiorem, abdita summæ ueritatis arcana, in speculo diuinitatis in quo cuncta relucent intuentes secundum suæ mentis capacitatem intelligunt, & ea tantum quæ Deo volente sibi successiue fuerint reuelata, determinate etiam aliis reuelanda comprehendunt.

XXI

Substantiæ immateriales specifica simul & numerali inter se diuersitate distinctæ ob suam simplicitatem sunt incorruptibiles. Cum.n.sint formæ diuina bonitate per se subsistentes, non habent materiã cui dent esse, à qua forma debeat necessitate aliqua separari, neque etiam materialem potentiam, per quam cœlo inhęreant, illud que informent, sed tantum assistunt sicut nautæ nauibus idemque mouent in ratione finis.

XXII

Mentes cœlestes cum sint incorporeæ non habẽt quantitatem dimensiuam & quãquam sint indiuisibiles, non tamen indigent situ, sicut punctus. Quam ob rem non sunt in cœlo siue in loco circumscriptiue, siue per contactum, quemadmodum corpora quæ continentur & conseruantur à loco, sed definitiue hoc est per applicationem suæ uirtutis spiritualis ue contactus, quo Deo iubente vel permittente, ita operantur in uno loco totali uel partiali ut nihil in alio prorsus efficiant,

ἀφορισμοὶ.i. *Determinationes.*

XXIII

Licet numina non habeant corpora suę naturæ vnita, quibus moueantur, & per quæ vitales operationes exerceant sicut animæ humanæ, se tamē ęqui uoce mouentes, sua agilitate quocunque loco libeat & tempore deferunt, nonnunquam item diuina annuente gratia aereum corpus assumunt quo uelut instrumento, tanquam laruati seu personati utuntur ut appareant illis hominibus, qui hereditatem sunt accepturi salutis.

XXIIII

Deus æterna suæ prouidentiæ ratione, mundum alioqui in nihilum reuersurum gubernans, & quoad executionem, secundarum causarum ministerio atque ordine utens, statuit ut inferiora quæ aguntur tantum, & non agunt ad fines sibi proprios (licet ignotos) dirigerentur à superioribus quæ aguntur & agunt, sicut à iaculante sagitta. Si quis autē effectus præter ordinem causæ particularis quæ potest impediri casu contingit, non tamen excedere potest ordinem causæ uniuersalis à qua omnia per creationem & cōseruationem in suo esse dependēt: Nihil.n.apud Deum est casuale aut fortuitum, sed talia eueniunt secundum pręordinationem summi opificis, qui ita mundum instituit ut aliter etiam si velit instituere queat, quoniam libere & non coacte seu necessario agit.

XXV

Quoniam potentia superior eminentiori modo efficere potest quicquid sibi sub ordinata inferior, præsertim si materia, circa quam operatur, fuerit bene disposita, ideo Deus solus cui tantum materia paret ad nutum, sua independenti autoritate, miracu-

la hoc eſt effectus rerum naturam excedentes & quoad ſubſtantiam facti & quoad modum & ordinem faciendi poteſt abſolute perficere, atque inſuper illę creaturæ quæ talem permiſsiue à ſummo Deo potē tiam, uel effectiue ſuis meritis acceperunt.

XXVI

Omnis cauſa habet rationem principii, à quo aliquis in ſuis effectibus ordo procedit, Quam ob rem uoluit ſummus opifex diuerſis ordinibus, tribus uidelicet hierarchiis angelos eſſe diſtinctos, non modo penes ſcientiam, quæ à luminæ naturæ gratiæ & gloriæ oritur, & per quam illuminantur purgantur & perficiuntur, ſed et penes actiones ſiue officia, per quæ in ſingulis hierarchiis triplex eſt chorus rerum omnium finit medio, & principio correſpondens ſupremus ſcilicet mediocris & infimus, ſub quorum uno quoque multi ſunt Angeli, qui ita inter ſe ſuis officiis (licet hominibus incognitis) diſtinguntur, ſicut ſtella differt à ſtella in ſui luminis claritate atque uirtute.

XXVII

Nomina numinum & ordinum, eorundem proprietates deſignant, quatenus omnium ſpiritualium perfectionum participantia, in aliqua tamen excellunt, quæ ſuæ naturæ, potius quam alteri adæquatur, accipiunt.n. ſubſtantiæ abſtractæ à ſuo conditore dona gratuita ſiue ſupernaturalia ſecundum quātitatem, perfectionem, & optimum uſum ſuorum naturalium. Quamobrem in prima quidem hierarchia Seraphin, Cherubin, atq; Throni ponūtur, eo quod in ipſo Deo rerum rationes & cauſas contemplantes, miro exuberant charitatis, ſcientiæ, ac ſtabilitatis ardore. In ſecunda autem dominationes, uirtu-

ἀφορισμοὶ.i. Determinationes.

tes,ac poteſtates,quoniam per uniuerſales cauſas rerum naturam cognoſcentes ordinant dirigenda in Deũ. In tertia uero principatus, Archãgeli, & Angeli, qui particulariũ cauſarũ cognitionẽ habẽtes diuinæ uolũtatis ordinem in ſingularibus effectibus exequuntur. XXVIII

Angeli ſibi inuicem mentis ſuæ conceptus atque intentiones, interioribus locutionibus, atque intelligibilibus operationibus, quæ nulla re corporea poſſunt impediri ad libitum manifeſtãt, quibus etiã Deum tanquam regum omnium Regem & dominũ dominantium ſemper collaudant, & ueluti præceptorum magiſtrum, patremque luminum iugiter rogant vt ſibi ueritatem (quæ lumen eſt intellectus) oſtendat & ſicuti iudicem ſupplices orant, ut dilata ſententia peccantibus hominibus, ſpatium pœnitentiæ tribuat, ne mox ubi deliquerint pœnas in herebum luere cogantur æternas.

XXIX

Quemadmodum homines hominibus & rebus etiam ciuitati neceſsariis, ſiue utilibus præſunt oẽs, tamẽ Regi ſubduntur, ita angeli angelis tanquam diuinæ bonitatis miniſtri, & omnibus etiam rebus corporeis præficiuntur ne aliter operentur quam oporteat. Quamuis enim materia non obediat Angelis ad nutum, paret tamen ſicut equiti equus & ignis fabro, cui poſtea imperat architectus, qui æconomo Regi tandem ſubſeruienti obtemperat.

XXX

Per alterationẽ medii in aſſumptis corporibus & per motũ humorũ exteriores sẽſus poſſunt ab Angelis immutari, ſicut patet de Syris quos Heliſeus duxit in Samariam, per agitationem autem ſpirituum

ſeu per excitationem phantaſmatum ſenſus interiores ab eisdem Deo permittente immutantur, ſicut conſtat de uiſionibus Ioſeph. Voluntas vero per modum ſuaſionis tantum incitatur ad bonũ ſiue malum nunquam tamen compulſa cogitur ſeu neceſsitatur.

XXXI

Sicut angeli lucis aduerſus poteſtates tenebrarũ pugnauerunt ut ſuæ fœlicitatis coronam accipere mererentur. Ita etiam homines dimicaturi ſunt cũ diabolis ut ipſorum merita augeantur quibus beatitudinis compotes eſſe queant: non .n. coronabitur niſi qui legitime certauerit; verum ut par ſit atque æqualis conditio pugnæ, qua colluctantur homines aduerſus tenebrarum rectores a quibus frequentius per tentationes, in Dei contemptum niſi ſaperent, & in ſuam perniciem inducerentur diuina bonitas ſua prouidentia non permittit Satanam ſęuire in homines quantum uellet, ſed quantum human[illegible]es ob ſuam imbecillitatem, & diuinæ gratiæ pr[illegible]ectione, & ſanctorum numinum ope munitæ ſufferre ualent, Angeli nanque ſingulis hominibus ad cuſtodiam diuinitus deputati, ipſos tuentur ne in diabolicę fraudis inſidias incidant, & ne forte ad legis lapidẽ ſibi pedes offendant, ſi diuinis monitis ac præceptis potiusquã demonum perſuaſionibus parere atque obſequi uelint.

XXXII

Anima rationalis, quæ ſpiraculum vitarum in ſacris literis appellatur, cum per ſe moueat & ſeipſam & corpus & per accidens moueatur in corpore, & cum media ſit inter animas brutorum & intelligentias, non tantum informat, dans eſſe & viuere corpori, ſed etiam (ut patet in his qui raptum ſiue extaſim

ſunt experti) aſsiſtit dans illi per ſuas proprietates eſſentiales operandi uirtutem & motũ. Sicut.n.oculus per ſe uidet,& homo per oculum,ita anima per ſe intelligit & homo per animam,quę licet ſit forma ſimplex,eſt tamen ſuarum potentiarum principium & operationum ſubiectum. Quam ob cauſam quem admodum totum uniuerſale,ut puta animal ſecundum ſe totum eſt in ſingulis ſuarum ſpecierum indiuiduis,non tamen ſecundum eandem proprietatem ſic & anima hominis quę totum eſt poteſtatiuũ differens à toto integrali cum ſit indiuiſibilis & immaterialis(non enim eſt quanta ſiue corporea) eſt tota ſecundum eſſentiam in toto,& tota in qualibet parte corporis informando,non tamen ſecundum eandem virtutem ſeu potentiam.

XXXIII

Mens humana non propter materiam ex qua generetur,ſed ratione materiæ quam informat & in qua exiſtit multiplicatur ſecundum indiuiduorum pluralitatem non tamen ideo eſt corruptibilis, ſed potius immortalis, non enim educitur de potentia materię per generationem,neque eſt uirtus organica ſicut anima brutorum,ſed à Deo in corpore per creationem infunditur, & ut ſublimiores ſibi proprias operationes quę accidentia ſunt exerceat, nõ indiget aliquo organo. Phantaſmata nanque quibus intelligit,ita ſe habent ad intellectum ſicut colores ad viſum,non ſicut ocularia ad oculum. Lapis .n.non eſt in anima,ſed ſpecies lapidis quam intentionaliter primo & immaterialiter (cum conditionibus tamen materialibus)ſenſus,cum exterior tum etiam interior ſuſcipit,deinde menti cui deſeruiendo ſubeſt repreſentat,& intellectus tandem immate

rialiter siue uniuersaliter abstrahit, atque hunc in modum nihil est in intellectu quin prius fuerit in sensu. Veruntamen actum uolendi anima per seipsam subsistendo exercet sine phantasmate. Obiectũ nanque intellectus est in anima, obiectum autem uoluntatis est in rebus. Actiones autem aliæ (reminiscentia tamen excepta) reliquis quoque animalibus communes sunt totius coniuncti & non animæ solum.

XXXIIII

Sicut corpus humanum ratione diuersarum operationum uariis est à summo opifice membris distinctum atque ornatum, ex quibus tanquam ex partibus eterogeneis totum quantitatiuum & integrale & altera etiam partium essentialium siue vniuersalium constat, ita anima rationalis uariis est insignita ac decorata potentiis inter se propter diuersitatem uirtutum actuum & obiectorum distinctis, quæ mediæ sunt inter endelechiam & energiam, & ita se habent ad animam sicut membra ad corpus, non sicut calor & fulgor ad ignem, Nam si sensitiuum in brutis est substantia, quomodo poterit esse in hominibus accidens? nisi forte aliud sit anima sensitiua, & aliud potentia sentiendi, quæ una cum reliquis inferioribus est in composito tanquam in subiecto, in anima uero tanquam in principio seu tanquam in radice, siue potius quemadmodum trigonũ in tetragono. Potentiæ nanque superiores quarum anima est subiectum præsupponunt, & continent inferiores sicut gnomon quadratum, & sicut etiam trinitas unitatem.

XXXV

Fundamentum animæ seu uirtutis uegetatiuæ est

corpus

corpus uigens ac uegetum, indigens potentia generandi, per quam esse acquirat, & vi quoque augumẽtatiua, ut perueniat ad sibi debitam quantitatem, atque insuper facultate nutritiua, ut per alterabile alimentum, sibique conueniens, in suo esse diutius cõseruetur, quibus præsuppositis, anima siue potentia sensitiua (cum tot esse debeant ipsius operationes quot sufficiant ad uitam animalis perfecti diuersis organis quæ correspondeant suis potentiis indigentis) non solum distinctos adinuicem habet quinque sensus exteriores, qui mouentur uel immutantur spiritualiter, uel realiter per medium coniunctum uel separatum, (sensibile nanque positum supra sensum non facit sensationem) ad præsentiam sensibilium, videlicet uisũm, auditum, odoratum, gustum, & tactum, uerum etiam totidem interiores, hoc est sensũ communem, phantasiam, imaginatiuam, æstimatiuã, quæ & cogitatiua in hominibus appellatur & memoratiuam, ut eorum iudicio ad distantiam seu absentiam obiecti quatenus est uitandum uel appetendum cogniti, animalia cuncta motu progressiuo se moueant.

XXXVII

Anima intellectiua tres eminentiores habet potẽtentias sanctissimæ Trinitatis imaginem præseferẽtes, voluntatem .s. intellectum atque memoriã, quæ ob diuersitatem officiorum operationum atque habituum, diuersis quoque terminis declarantur. Voluntas .n. sui arbitrii libertate omnibus humanis actionibus imperans, cum sit appetitus superiori rationi coniunctus, debet appetitum inferiorem ad diuina tantum appetenda mouere, ne sensualitas rationi repugnans, suaque uirtute concupiscibili, à qua

ita ut ſemper & ſimul,non tamen ubique,ſed in oppoſitis hemiſpheriorum meridianis , ſit nóx & dies & in horizontis terminis horum termini.

IX

Aether ſecundo die creatum ratione materiæ quæ non poteſt ſuſcipere aliam formam, & propter ſuam ſtabilitatem qua ſemper ſine mutatione loci aut fatigatione mouetur totum & quieſcit omne firmamentum vocatur,eo quod polis ſuo axi coniunctis firmiter innitatur , & ſua ænea ſoliditate , hoc eſt indiſſolubili,per aliquam alterationem natura diuidit aquas vitales ſupernorum influxuum, ſeu cœlorum,quæ ſe habent tanquam medium mutui conſtatus cœleſtium globorum tanquam ἐνείλημα ἐν τῷ κρομμύῳ ab aquis elementaribus vim humectandi habentibus,non autem viuificandi aut fortaſſe etiã nutriendi.

X

Non ſolum ordo naturæ , ſed ſucceſsionis etiam in opere creationis aduertendus eſt. Quam ob cauſam,cum terra,prius eſſet inanis & uacua,ſeu inuiſibilis,ideſt aquis ſuo ambitu eam tegentibus cooperta,tertia die iuſsit Pater omnipotens ut,ut diuideretur & ſepararetur à mari , quod ſemper fluit ac refluit,& in quo omnes congregantur ſiue confluunt amnes,ut plantas cuiuscunque generis , ſua perfectione ſeminis ſcilicet virtute vigentes,humus aquis iam fæcunda produceret,quæ iuxta diuerſitatẽ ſuarum ſpecierum,ratione proprietatis,uel qualitatis , ſeu complexionis,latentes uires,ſiue manifeſtas habentes.

XI

Aſtra æteri diuina uoluntate cauſa ornatus infi-

ra,vna cum planetis die quarto creata, post plantarum productionem,dicuntur,ne homines, ea deos esse crederent,quæ sibi ob uicißitudinem temporũ ad sensibilium rerum manifestationem & ortum perpetuo inseruire debebant. Ita enim se habent quodammodo stellæ in cœlo,sicut herbæ in terra. Cum autem firmamento sidera immutabiliter hereant,nõ mouentur sicut piscis in aqua,sed ad motum totius sicut malus in naui. Planetæ autem ob suorum polorum & orbium diuersitatem contrariis secundum longitudinem,latitudinem,& altitudinem motibus deferuntur.

XII

Auium,piscium,atque reptilium,idem uidetur esse generationis materiale principium, ouis nanque in quibus aqueus humor, manifeste prædominatur vitali colore fotis gignuntur. Vnde ipsorum creatio quintæ diei ascribitur ut post cœlestium orbiũ decorem,aquarum quoque ornamentum significetur,circa quas eius modi animantia gradiuntur. Reptilia .n. sub latice serpunt, pisces in aqua natant, aues autem,quas nunquam aer purißimus sustentaret supra udos uolant aquæ uapores in aere consistentes.

XIII

Cœlum omnium simplicium corporum supremũ & locus beatorum stellis primæ,secũdæ,tertię,quartę,quintę,& sextę,magnitudinis fuit ornatum terra autem omnium elementorum infimum,& locus uiatorũ,nõ modo plantis tertia die:sed etiam serpentibus,bestiis,& iumentis sexta Deo sic imperante repleta fuit;at quoniam hactenus totius conditor orbis cuncta per creationem effecerat;uoluit quoque

ἀφορισμοὶ.i.Determinationes.

per plaſmationem ſibi ſimilem effectum producere, in quo totius mundi perfectiones uirtualiter unirētur. Formauit itaque hominem de limo terræ,& ſpirauit in faciem eius ſpiraculum uitę,eundemque in horto delitiarum,amęniſsimo ſcilicet totius orbis terrarum ſitu collocauit,& ex una illius ſopiti coſta cum ad prolis propagationem ſolus non ſufficeret (quamuis utriusque ſexus uirtute fæcundus) formauit adiutorium ſibi inſpecie ſimile,ut mutua maris, ac fœminę coniunctione,ſpecies humana, per ſucceſsiuam indiuiduorum generationem ſicut & reliquorum animalium diutius conſeruaretur in eſſe.

XIIII

Poſt ſuum ſoporem cum cognouiſſet Adam ex ſua coſta Euam fuiſſe à Deo formatam, matrimoniũ ſtatim conſtituit,oſtendens parentes eſſe à filiis vxoris cauſa relinquendos,propter bonum prolis,ut & ipſi quoque parentes euadant,non tantum per coniugium,ſeu copulam corporum,quę brutis quoque, & peccatoribus uidetur eſſe communis,ſed etiã per mutuum animorum conſenſum in Dei obſequium, quod ſanctis hominibus ſolummodo competit.

XV

Completa mundi creatione, intuens ſummus opifex cuncta quę fecerat cognouit ea eſſe non modo bona ſecundum ſubſtantiam, ſed etiam optima quoad ornatum. Itaque die ſeptimo ab opere creationis quieſcens,rerum que omnium conſeruationi prouide conſules omnibus ſua bonitate rebus conditis benedixit,corruptilibus quidem,vt ſibi ſimilia in ſpecie,uirtute cœleſti,ex materia ſibi propiquiori uel ex ſemine ſua potentia generarent, intelligibilibus autem ut ſibi aſtantes cœlorum globis ſem-

per asſiſterent, Hominem uero ut plenius ſuam ſimilitudinem,imaginemque referret,cũctorum corruptibilium dominum regemque conſtituit ut optimo rerum omnium usu Deo ſemper uiuere niteretur & tandem fęlicitatis ęternę Deo auxiliante particeps fieri poſſet.

XVI

Ex perfectione ſenarii numeri,qui ex coniunctione ſuarum partium aliquotarum reſultat, diuinorũ operum perfectio eſt aduertenda. Primus etenim dies ſpirituali,& ęternę creaturę tribuitur, duo ſequentes creationem viſibilium atque ęternorũ corporum complectuntur. Reliqui vero tres ſimpliciũ corporum ornamentum,hoc eſt compoſitorum productionem actualem, vel potentialem comprehendunt,quę omnia à Patre dicente à verbo dicto ideſt Dei filio & à ſpiritu sancto ea probante in quibus ſibi ſanctiſsima Trinitas complacebat ex nihilo creata fuerunt.

XVII

Omnia appetitu naturali,aut ſenſitiuo, ſiue intellectiuo poſt ſuam creationem exoptant conſeruationem ſui ipſius,ne pereat, ac deſtruatur ſanctiſsimę Trinitatis veſtigium,uel ſimilitudo,ſeu imago quę in ipſius relucent. Deus.n.ratione principii,medii, & finis,ſeu meſurę,numeri,atque ponderis aut modi,ſpeciei,& ordinis ſenſibilibus omnibus ſui veſtigium indidit,ſenſitiuis autem per ſubſtantiam,virtutem,& operationem,ſiue per ſenſum,phantaſiam,& appetitum ſeu per eſſentiam, animam, atque vitam ſuę ſimilitudinis partem conferre voluit. At mente prędıtis creaturis ob mentem notitiam,& amorem, ſeu ob memoriam,intellectum,& uoluntatem, qua

debent appetere ea tantum quę sciunt,& possunt diuini luminis impresſit immaginem, vt in cũctis suis actionibus summi opificis omnipotentiam timerent sapientiam colerent,ac bonitatem omnibus suis uiribus semper & ubique amarent.

XVIII

Numina non tantum habent uim intelligendi; qua rerum ueritatem à falsitate discernũnt, verum etiam memorandi uirtutem, quę metaphorice locus specierum appellari potest,atque insuper uoluntaté qua bonũ uel malũ bene, uel male libere sequi seu eligere atque optare possunt. Cũ igitur cognouissent Angeli lucis se diuina gratia, quam abiicere noluerunt,esse quod sunt amore naturali,qui ordinatur ad charitatem,electiuo,seu intellectiuo Deũ magis & potius quam se ipsos amantes,sicut Deum, hoc est bonorum omnium datoré,ac largitoré glorificauerunt. Vnde sui arbitrii libertate Deo ad hęrentes persistiterunt in gratiam,quam initiatiue acceperant, & in qua postea completiue, ita confirmati fuerũt ut ab ea excidere nequeãt siquidẽ habent uolũtaté immutabilé in bono, & Deo inseparabiliter ita ad hęrent, ut vnum cum illo sint, quoniam qui adheret Deo vnus spiritus est cum eo. Potestates autem tenebrarum reicientes primam gratiam diuina munera contemnentes, donis naturalibus abutentes,Deum odio prosequentes, bonum vitantes, ac malum eligentes,summo bono priuati,mala in perpetuum patiuntur. Bonum.n. non nisi uolentibus, vltroque recipientibus conferri,malum autem uiolenter,etiam inuitis potest inferri.

XVIIII

Intellectualis natura, & per gratiam quę nullam

imponit voluntati necessitatem sicut & cuncta alia, & in gratia quę adiuuat opus libere operantis ut per charitatem mereatur gloriam seu beatitudinem, cōdita fuit. Natura .n. non perficitur sine gratia. Itaque secundum diuersos gradus naturę ordinatę ad gloriam, diuersis etiam gradus gratię singulis dati fuerunt angelis, ut beatitudinem excedentem cuiuscunque naturę createę facultatem acquirerent ad quam nullus pertingere potest nisi per merita. Nemo .n. sine aliquo frui potest nisi recte vtatur iis quę sunt ordinata ad finem. Cum autem natura sit à gratia operatio, tamen est à natura quarum fœlicitas pręsupponit, Charitas .n. uel zelus, siue in Deum intensissimus amor pręsupponit dilectionem naturalem, quę à libertate arbitrii prouenit. Liberum nanque arbitrium gratia informatum, gratia neminem deserente bene uel male vtens bona uel mala consequi & possidere meretur. Meritum .n. habet ratione uię ad finem. Nam nemo laborat, ut acquirat, sed tantum ut conseruet, quod iam habet. Labor autem seu operandi difficultas aliquod tempus requirit, donec remoueatur impedimentum, quod ab impotentia, seu reluctatione, siue resistentia prouenit. Potentia .n. agentis in instanti seu in tempore ob defectum, seu imbecillitatem virtutis frustratur, & non nunquam opprimitur ab improportionato excessu obiecti. Excellens .n. sensibile corrumpit & destruit sensum, licet excellens intelligibile proportionate tamen perficiat intellectum. Quare angelici spiritus in primo instanti suæ creationis nō fuerunt beati nec miseri, sed suis meritis, seu demeritis summam beatitudinem uel infælicitatem sunt adepti, postquam ad terminum gloriæ seu miseriæ cap

quam currentes ad brauium peruenerunt.

XX

Actu semper intelligentes angeli quorum scientia diei nomine designatur, ob notitiam vespertinã quæ tenebris est propinquior, res in propria forma, per species concreatas sibique connaturales: sine aliquo discursu cognoscunt. Ob cognitionem autem matutinam, luci increatæ propinquiorem, abdita summæ ueritatis arcana, in speculo diuinitatis in quo cuncta relucent intuentes secundum suæ mentis capacitatem intelligunt, & ea tantum quæ Deo volente sibi succesiue fuerint reuelata, determinate etiam aliis reuelanda comprehendunt.

XXI

Substantiæ immateriales specifica simul & numerali inter se diuersitate distinctæ ob suam simplicitatem sunt incorruptibiles. Cum.n. sint formæ diuina bonitate per se subsistentes, non habent materiã cui dent esse, à qua forma debeat necesitate aliqua separari, neque etiam materialem potentiam, per quam cœlo inhęreant, illud que informent, sed tantum asistunt sicut nautæ nauibus idemque mouent in ratione finis.

XXII

Mentes cœlestes cum sint incorporeæ non habẽt quantitatem dimensiuam & quãquam sint indiuisibiles, non tamen indigent situ, sicut punctus. Quam ob rem non sunt in cœlo siue in loco circumscriptiue, siue per contactum, quemadmodum corpora quæ continentur & conseruantur à loco, sed definitiue hoc est per applicationem suæ uirtutis spiritualis ue contactus, quo Deo iubente vel permittente, ita operantur in uno loco totali uel partiali ut nihil in alio prorsus efficiant,

ἀφορισμοὶ.i.Determinationes.

XXIII

Licet numina non habeant corpora suę naturæ vnita, quibus moueantur, & per quæ vitales operationes exerceant sicut animæ humanæ, se tamē ęqui uoce mouentes, sua agilitate quocunque loco libeat & tempore deferunt, nonnunquam item diuina annuente gratia aereum corpus assumunt quo uelut instrumento, tanquam laruati seu personati utuntur ut appareant illis hominibus, qui hereditatem sunt accepturi salutis.

XXIIII

Deus æterna suæ prouidentiæ ratione, mundum alioqui in nihilum reuersurum gubernans, & quoad executionem, secundarum causarum ministerio atque ordine utens, statuit ut inferiora quæ aguntur tantum, & non agunt ad fines sibi proprios (licet ignotos) dirigerentur à superioribus quæ aguntur & agunt, sicut à iaculante sagitta. Si quis autē effectus præter ordinem causæ particularis quæ potest impediri casu contingit, non tamen excedere potest ordinem causæ uniuersalis à qua omnia per creationem & cōseruationem in suo esse dependēt: Nihil.n.apud Deum est casuale aut fortuitum, sed talia eueniunt secundum pręordinationem summi opificis, qui ita mundum instituit ut aliter etiam si velit instituere queat, quoniam libere & non coacte. seu necessario agit.

XXV

Quoniam potentia superior eminentiori modo efficere potest quicquid sibi sub ordinata inferior, præsertim si materia, circa quam operatur, fuerit bene disposita, ideo Deus solus cui tantum materia patet ad nutum, sua independenti autoritate, miracu-

la hoc eſt effectus rerum naturam excedentes & quo ad ſubſtantiam facti & quoad modum & ordinem faciendi poteſt abſolute perficere, atque inſuper illę creaturæ quæ talem permiſsiue à ſummo Deo potẽtiam, uel effectiue ſuis meritis acceperunt.

XXVI

Omnis cauſa habet rationem principii, à quo aliquis in ſuis effectibus ordo procedit, Quam ob rem uoluit ſummus opifex diuerſis ordinibus, tribus uidelicet hierarchiis angelos eſſe diſtinctos, non modo penes ſcientiam, quæ à luminæ naturæ gratiæ & gloriæ oritur, & per quam illuminantur purgantur & perficiuntur, ſed et penes actiones ſiue officia, per quæ in ſingulis hierarchiis triplex eſt chorus rerum omnium finit medio, & principio correſpondens ſupremus ſcilicet mediocris & infimus, ſub quorum uno quoque multi ſunt Angeli, qui ita inter ſe ſuis officiis (licet hominibus incognitis) diſtinguntur, ſicut ſtella differt à ſtella in ſui luminis claritate atque uirtute.

XXVII

Nomina numinum & ordinum, eorundem proprietates deſignant, quatenus omnium ſpiritualium perfectionum participantia, in aliqua tamen excellunt, quæ ſuæ naturæ, potius quam alteri adæquatur, accipiunt .n. ſubſtantiæ abſtractæ à ſuo conditore dona gratuita ſiue ſupernaturalia ſecundum quãtitatem, perfectionem, & optimum uſum ſuorum naturalium. Quamobrem in prima quidem hierarchia Seraphin, Cherubin, atq; Throni ponũtur, eo quod in ipſo Deo rerum rationes & cauſas contemplantes, miro exuberant charitatis, ſcientiæ, ac ſtabilitatis ardore. In ſecunda autem dominationes, uirtu-

tes, ac potestates, quoniam per uniuersales causas rerum naturam cognoscentes ordinant dirigenda in Deũ. In tertia uero principatus, Archãgeli, & Angeli, qui particulariũ causarũ cognitionẽ habẽtes diuinæ uolũtatis ordinem in singularibus effectibus exequuntur.

XXVIII

Angeli sibi inuicem mentis suæ conceptus atque intentiones, interioribus locutionibus, atque intelligibilibus operationibus, quæ nulla re corporea possunt impediri ad libitum manifestãt, quibus etiã Deum tanquam regum omnium Regem & dominũ dominantium semper collaudant, & ueluti præceptorum magistrum, patremque luminum iugiter rogant vt sibi ueritatem (quæ lumen est intellectus) ostendat & sicuti iudicem supplices orant, ut dilata sententia peccantibus hominibus, spatium pœnitentiæ tribuat, ne mox ubi deliquerint pœnas in he rebum luere cogantur æternas.

XXIX

Quemadmodum homines hominibus & rebus etiam ciuitati necessariis, siue utilibus præsunt oẽs, tamẽ Regi subduntur, ita angeli angelis tanquam diuinæ bonitatis ministri, & omnibus etiam rebus corporeis præficiuntur ne aliter operentur quam oporteat. Quamuis enim materia non obediat Angelis ad nutum, paret tamen sicut equiti equus & ignis fabro, cui postea imperat architectus, qui æconomo Regi tandem subseruienti obtemperat.

XXX

Per alterationẽ medii in assumptis corporibus & per motũ humorũ exteriores sẽsus possunt ab Angelis immutari, sicut patet de Syris quos Heliseus duxit in Samariam, per agitationem autem spirituum

ἀφορισμοὶ.i.Determinationes.

ſeu per excitationem phantaſmatum ſenſus interiores ab eisdem Deo permittente immutantur, ſicut conſtat de uiſionibus Ioſeph. Voluntas vero per modum ſuaſionis tantum incitatur ad bonũ ſiue malum nunquam tamen compulſa cogitur ſeu neceſsitatur.

XXXI

Sicut angeli lucis aduerſus poteſtates tenebrarũ pugnauerunt ut ſuæ fœlicitatis coronam accipere mererentur. Ita etiam homines dimicaturi ſunt cũ diabolis ut ipſorum merita augeantur quibus beatitudinis compotes eſſe queant: non .n. coronabitur niſi qui legitime certauerit; verum ut par ſit atque æqualis conditio pugnæ, qua colluctantur homines aduerſus tenebrarum rectores a quibus frequentius per tentationes, in Dei contemptum niſi ſaperent, & in ſuam perniciem inducerentur diuina bonitas ſuá prouidentia non permittit Satanam ſæuire in homines quantum uellet, ſed quantum human[illegible] ob ſuam imbecillitatem, & diuinæ gratiæ pr[illegible]ectione, & ſanctorum numinum ope munitæ ſufferre ualent, Angeli nanque ſingulis hominibus ad cuſtodiam diuinitus deputati, ipſos tuentur ne in diabolicę fraudis inſidias incidant, & ne forte ad legis lapidẽ ſibi pedes offendant, ſi diuinis monitis ac præceptis potiusquã demonum perſuaſionibus parere atque obſequi uelint.

XXXII

Anima rationalis, quæ ſpiraculum vitarum in ſacris literis appellatur, cum per ſe moueat & ſeipſam & corpus & per accidens moueatur in corpore, & cum media ſit inter animas brutorum & intelligentias, non tantum informat, dans eſſe & viuere corpori, ſed etiam (ut patet in his qui raptum ſiue extaſim

ſunt experti) aſsiſtit dans illi per ſuas proprietates
eſſentiales operandi uirtutem & motũ. Sicut.n. ocu
lus per ſe uidet,& homo per oculum, ita anima per
ſe intelligit & homo per animam, quę licet ſit forma
ſimplex, eſt tamen ſuarum potentiarum principium
& operationum ſubiectum. Quam ob cauſam quem
admodum totum uniuerſale, ut puta animal ſecun-
dum ſe totum eſt in ſingulis ſuarum ſpecierum indi
uiduis, non tamen ſecundum eandem proprietatem
ſic & anima hominis quę totum eſt poteſtatiuũ dif-
ferens à toto integrali cum ſit indiuiſibilis & imma
terialis (non enim eſt quanta ſiue corporea) eſt tota
ſecundum eſſentiam in toto, & tota in qualibet par
te corporis informando, non tamen ſecundum ean
dem virtutem ſeu potentiam.

XXXIII

Mens humana non propter materiam ex qua ge-
neretur, ſed ratione materiæ quam informat & in
qua exiſtit multiplicatur ſecundum indiuiduorum
pluralitatem non tamen ideo eſt corruptibilis, ſed
potius immortalis, non enim educitur de potentia
materię per generationem, neque eſt uirtus organi-
ca ſicut anima brutorum, ſed à Deo in corpore per
creationem infunditur, & ut ſublimiores ſibi pro-
prias operationes quę accidentia ſunt exerceat, nõ
indiget aliquo organo. Phantaſmata nanque qui-
bus intelligit, ita ſe habent ad intellectum ſicut colo
res ad viſum, non ſicut ocularia ad oculum. Lapis
.n. non eſt in anima, ſed ſpecies lapidis quam inten-
tionaliter primo & immaterialiter (cum conditio-
nibus tamen materialibus) ſenſus, cum exterior tum
etiam interior ſuſcipit, deinde menti cui deſeruien
do ſubeſt repreſentat, & intellectus tandem immate

corpus uigens ac uegetum, indigens potentia gene randi, per quam esse acquirat, & vi quoque augumẽtatiua, ut perueniat ad sibi debitam quantitatem, atque insuper facultate nutritiua, ut per alterabile alimentum, sibique conueniens, in suo esse diutius cõseruetur, quibus præsuppositis, anima siue potentia sensitiua (cum tot esse debeant ipsius operationes quot sufficiant ad uitam animalis perfecti diuersis organis quæ correspondeant suis potentiis indigentis) non solum distinctos adinuicem habet quinque sensus exteriores, qui mouentur uel immutantur spiritualiter, uel realiter per medium coniunctum uel separatum, (sensibile nanque positum supra sensum non facit sensationem) ad præsentiam sensibilium, videlicet uisũm, auditum, odoratum, gustum, & tactum, uerum etiam totidem interiores, hoc est sensũ communem, phantasiam, imaginatiuam, æstimatiuã, quæ & cogitatiua in hominibus appellatur & memoratiuam, ut eorum iudicio ad distantiam seu absentiam obiecti quatenus est uitandum uel appetendum cogniti, animalia cuncta motu progresiuo se moueant.

XXXVII

Anima intellectiua tres eminentiores habet potẽtentias sanctißimæ Trinitatis imaginem præseferẽtes, voluntatem .s. intellectum atque memoriã, quæ ob diuersitatem officiorum operationum atque habituum, diuersis quoque terminis declarantur. Voluntas .n. sui arbitrii libertate omnibus humanis actionibus imperans, cum sit appetitus superiori rationi coniunctus, debet appetitum inferiorem ad diuina tantum appetenda mouere, ne sensualitas rationi repugnans, suaque uirtute concupiscibili, à qua

ἀφορισμοὶ.i.Determinationes.

perturbationes animi ac detrimenta corporis oriuntur, corporalia & apparentia bona solummodo quærens, homines detineat quo minus sũmæ diuinitati tanquam proprio suæ fælicitatis obiecto intensissima ac sempiterna charitate adhæreant. Intellectus aũt posibilis seu pasibilis (omne siquidẽ recipiens patitur) species rerũ intelligibiles, intẽtionaliter tantũ suscipiens instar oculi suscipiẽtibus colores, & intellectus agens more lucis medium illuminantis intelligibilia, per abstractionem à conditionibus materialibus faciens actu uel habitu intellecta suæ iudicio rationis debet per fidem (presertim cum causæ adequatæ assignatio de est) hominis uoluntatem in verum Deum dirigere, ut ingenti amore ipsum præcipue ueneretur & cõlat. Memoria uero ab intellectu speculatiuo vel practico habitus rerum ex frequentatis actibus cognitarum & gestarum percipiẽs & tanquam thesaurus quidam sua conscientia seu virtute apprehensiua continens præteritarum rerũ cognitionem atque conseruans debet per syndere sim, sensualitati oppositam impellere hominis intellectum ad ueritatem, & claritatem primi principii contemplandã & uoluntatem ad bonitatem & perfectionem finis ultimi consequendam.

XXXVII

Adam in statu innocentiæ licet omnibus naturalibus & diuinis muneribus sibi congruentibus abũdaret, non tamen erat immortalis & impasibilis per naturam, sed tantum per gratiam, per quam sibi optimo rationis discursu cauisset ne quid aduersi pateretur corruptibile corpus. Cibo.n.& potu ob restaurationẽ humidi radicalis deperditi, uel à calore potius naturali consumpti, & reliquis etiam rebus qui

bus animalia conseruantur egebat, & ne senectus eũ dissolueret, diuina bonitas lignum uitæ in horro delitiarum plantauerat, quod in medelę modum corruptionem ab homine prohibebat. Ad propagationem autem posteritatis fæcundus absque libidinę extitisset, liberosque sibi in statu innocentię similes propagasset, omnibus .n. uirtutibus pręditus erat, quoad actũ uel habitum, quibus stare poterat Deumque perpetuo contemplari. Est.n. uirtus perfectio animi seu rectitudo, qua ratio ordinatur in Deum, & inferiores animę uires (quam uis repugnantes) rationi subduntur. Quamobrem sobrie, seu necessitatis tantum causa cibũ sumens, illis tantũ animi perturbationibus cõmoueri potuisset, quibus augumentũ uel conseruationẽ gratię meruisset. Cũ .n. esset in statu merendi poterat Deum diligere & Satanæ malitiam odio prosequi.

XXXVIII.

Nequid perfectionis homini primo deesset, non tantum necessariarum rerum scientiam lumine intellectus agentis per species à phantasmatibus acceptas habebat, uerum etiam lumine intellectus diuini per spicies infusas, seu per reuelationem, futura contingentia & particularia contemplando & per animaduersionem discurrendo cognoscere potuisset. Cognoscebat autem, per intelligibiles actus suum opificem & numina suę maiestati astantia, & per causas & ordinem earundem, cuntarum rerũ naturã, atq; uirtutem, secundum quã eisdem nomina indidit.

XXXIX.

Potentię rationales in his ad quę non sunt naturaliter ordinatę, indifferenter se habent ad opposita. Potest .n. homo sua sponte uel alicuius suasu se-

metipsũ vel aliũ quépiá occidere & nõ occidere, qđ si occiderit, nõ pôt seipsũ uel aliũ uiuificare, hoc.n. solius Dei est cuius ope à priuatione ad habitũ facillimus ne dũ posibilis etiã est regresus. Potest in supaliquis seipsũ in foueã deiicere & nõ deiicere, qđ si deiecerit, pôt ne suis tãtũ uiribus inde exire? Satanas itaque neglecta Dei gratia per quam reliquis Angelis excellentior conditus fuerat, cupiens propriis tantum viribus beatitudinem assequi, cum Deo nollet subesse, & cuperet omnibus creaturis aut saltem corporalibus dominari se in puteum interitus, sibique Angelos adhęrentes coniecit, nec mirum omnis enim qui se exaltat humiliabitur, & qui se humiliat exaltabitur.

XXXX

Existimans Satanas sibi solatium fore socios habere malorum, lapsumque hominis sicut & suum casũ irreparabilem credens esse futurum, humanæ beatitudinis inuidus, decreuit sua calliditate hominem ab innocentiæ statu repellere, Euæque suasit, sumpta serpentis effigie, nequaquam sibi esse moriendũ si uesceretur fructu ligni scientiæ boni & mali, quod Deus illi sub mortis pœna prohibuerat, atque insuper addidit, eam fore sicut Deum, quod habitura esset scientiam boni & mali. Sed Proh dolor, Adam suæ uxoris hortatu, diuini præcepti immemor, uel potius contemptor Satanæ potius quam Deo adhærens cibum sibi uetitum sumens, non solum seipsum uerum etiam posteros omnes (Deipara Virgine tantum excepta, sicut secundum aliquos pium est credere, quæ ex morte Filii sui præuisa fuit diuinitus præseruata) tanquam leprosus parens originali labe infecit. Itaque paradiso pulsus diuinis muneribus iuste priuatus fuit. Verũ cum non dum esset in termi-

mo, misericorditer sibi relictus est pœnitentiæ locus qua ueluti per tabulam quandam e naufragio possct ad optatum tandem fælicitatis portum diuina sibi ignoscente clementia peruenire.

XXXXI

Corpora per rationem formalem quæ in ipsis reperitur agunt per materialem autem patiũtur. Quocirca sphæræ cælestes non tantum motu seu signiferi orbis accessu & recessu, uerum etiam luminis secũdo uel aduerso aspectu, in istis inferioribus multipliciter operantur iuxta uariam dispositionem subiecti, quæ ab elementorum qualitatibus prouenit, fluxus.n.& refluxus maris sicut & reliqui humores sequitur motũ lunæ, sol aũt & equus generat equum, nõ tamẽ hominẽ, nisi quãtũ attinet ad partẽ corporeã. Anima aũt intellectiua corpore quocũque etiã cælesti præstantior, Deo tantummodo subest. Vnde sui arbitrii libertate æstum solis & similia uitans sapiens dominabitur astris quod arboribus sẽper sub diuo manentibus & reliquis corporibus non cõtingit.

XXXXII

Si fati nomine diuinę prouidẽtię ordo significatur quo cõtingẽtia cõtingẽter, & necessaria determinate, secũdũ uariã secũdarũ causarũ seriẽ vel dispositionẽ eueniũt, omnia fato subdũtur. Est.n. fatũ ordinatio causarũ ad producẽdos effectus diuinitus pręuisos, necessitate cõditionata cõcurrẽs, sin aliter accipitur fatũ nihil penitus ẽ. Fodiẽs.n. sepulchrũ si thesaurũ casu & fortuna, hoc est, cõtingẽter & pręter suam intentionem inueniat non tamen pręter intentionem diuinam, quę fatali lege idẽst immobili (tamẽ libero) suę sanctiss. uolũtatis decreto instituit ab hoc uel illo fodiẽte sepulchrũ statuto tẽpore thesaurum esse inueniendum.

ἀφορισμοὶ. i. Determinationes.

XXXXIII

A quo quis superatur huius seruus efficitur. Cum itaque omnes homines, uirtualiter in lumbis Adæ existentes, peccasset oēs quoq; in æternū Satanę subiecti mortuiq; fuissent, ni diuina bonitas opē illis statuisset afferre. Itaque serpentis caput à muliere conterendum esse decreuit, ipsamque uiro subiectam in dolore filios parituram, suoque coniugi, in laboribus & ęrumnis esse uiuendum, quousque obiens in puluerem ex quo materialiter compositus fue rat resolueretur, quod aliis quoque hominibus non solum propter peccatum originale de lege communi, sed etiam de lege speciali, atque insuper ob naturę necessitatem ut pueris accidit nuper baptizatis, propter delictum actuale contingit, nisi diuinitus pręseruentur, statutum est.n. hominibus semel mori post hoc autem iudicium.

XXXXIIII

Humanum genus in statu legis naturę in sui arbitrii libertate relictum, nouerat tantum sibi à proximi lęsione cauere. Vnde auertens se ab incommutabili bono, delectabilia solummodo quęrens, ad luxū & libidinem se conuertit, diuinique numinis iram contra se concitauit. Itaque totum aquis diluuii in maxima portarum seu cataractarum apertione obrutum fuit pręter Noë, qui diuino monitu eo quod iustus coram Deo fuisset inuentus, arcam construxit, in qua ipse salutem una cum suis filiis, & reliquis uiuentibus est adeptus.

XLV

Vt aliquem sibi populum pręceteris gentibus Deus eligeret, in cuius semine omnibus nationibus esset benedicendum, Abraham à caldeis idola colen

tibus fugientem, mutato tum primum nomine signiculo circuncisionis sibi dicatum consecrauit, qui cū contra spem in spem credidisset meruit sibi benedictionem diuinam, & posteris repromissionem incarnationis Filii Dei, cuius uirtute omnes homines superabundanter ne dum sufficienter, nisi ponerent obicem essent à Satanę sęuitia redimendi, à mundi illecebris protegendi, & ab inferni faucibus liberandi.

XLVI

Moyses primus fuit qui res ab orbe condito gestas Deo reuelante conscripserit, cuius ductu ac ministerio, uisum est summo rerum omnium conditori, populum Hebręorum à sęuitia Pharaonis eripere & in terram repromissionis deducere, Multis itaque signis ac prodigiis inclytus cum tandē ad montem Sinay cum populo sibi credito peruenisset, legem à Deo in duabus tabulis scriptam amorem Dei & dilectionem proximi continentem accepit, atque insuper cęremonialia & iudicialia præcepta Deo iubente addidit obseruanda, quę numerum humanorum ossium æquant nisi διὰ τὴν σύμφυσιν ἢ συνεύρισιν coalescant.

XLVII

In statu legis mosaicę Dauid secundus Rex Israel primus fuit, qui prophetico spiritu plenus templum summo Deo ędificandum curarit, cum prius in delubris, & aris sub diuo erectis deinde in ductili arca iussu Moysis constructa Deum hebręi ueneraren tur & colerent, Omnem itaque materiem qua opus erat ad eius structuram reperit eandemque pręparatam coaceruauit. Verum quoniam strenuus bellator, pugilque cruentus potius quam pacificus exti-

tit,uisum est Deo opt. max. ipsius filium Salomonē insigni sapientia præditum hac præcipua laude ornare. Sed cum diuinis rebus magis quam humanis Dauid esset intentus (ut ex suis carminibus seu odis liquido constat) meruit benedictionem diuinam qua ex duplici suo semine prophetarum uidelicet & Regum, per naturalem uel legalem succesionem coniunctorum, Filius Dei carnem assumeret, in quo cūcta legis & prophetarum oracula complerentur.

XLVIII

Quamplurimos Deus omnipotens nuntios seu uates futuram uerbi sui incarnationem &, quæ pertinebant ad animarum salutem prædicentes præmisit Nunquam.n. humanū genus bonitas diuina reliquit sed per angelos, patriarchas, duces, pontifices, iudices, prophetas, sacerdotes, & Reges famulos suos ad optatum fælicitatis finem semper direxit. Sed duræ ceruicis populi uariis suppliciis illos ac tormentis necabant. Ita ut iure illis obici posit. Quem prophetarum non sunt persecuti patres uestri? Hinc forsitan fit ut plures prophetę à diuo Luca in serie generationis Iesu Christi secundum carnem quam a sancto Mathæo regii uiri enumerentur.

XLIX

Expletis septuaginta quinq; uirorū generationibus, à Diuo Luca, & tesseredecadibus mansionibus Hebræorum correspondentibus à Mathæo narratis, quæ à summo Deo per plasmationem primi hominis exordium, & per incarnationem à Christo finem assumunt. Venit plenitudo temporis, in qua uerbum æterni Patris salutem attulit mundo iam corruenti, ut quemadmodum Filius Dei clarificatus olim fuerat ante quam mundus esset

per ipsius creationem, ita etiam clarificaretur filius hominis per eiusdem pessumeuntis restaurationem reparationem atque salutem,

L

Quosdam iudæorum Reges, tanquam indignos qui in progenie Iesu Christi describerentur diuus Matthæus diuino afflatus spiritu prætermittit. Sanctus autem Lucas iuxta continuam temporum seriem, abinitio mundi patriarcharum, & prophetarum successionem describens septuaginta septem nomina tauquam catalogo quodam recenset, afferens Iesum Christum ortum sumpsisse à Deo, etiã quod ad generationem temporalem post formationem Adæ, & post successiuam suorum posterorum propagationem. Videlicet Seth, Enos, Cainan, Malaleel, Iared, Hęnoch, Mathusalam, Lamech, Noch, Sem, Arphaxad, Cainan. Sale, Heber, Phalegh, Rahagau, Sarug, Nachor, Thare, Abrahã. Isaac, Iacob, Iudas, Phares, Esron, Aram, Aminadab, Naason, Salmon, Booz, Obet. Iesse, Dauid, Nathan, Matatha, Mena, Melcha, Eliachim, Iona, Ioseph, Iuda, Simeon, Leui. Mathath, Iorim, Eliezer, Iesu, Her, Elmadan, Cosan, Addi, Melchi, Neri, Salathiel, Zorobabel, Resa, Ioanna, Iuda, Ioseph, Semei, Matathiæ, Mahat, Nagge, Hesli, Naum, Amos, Mathathię, Ioseph, Ianne, Melchi, Leui, Mathath, Heli, & tandem post generationem Ioseph qui ipsius Iesu Christi Filii Dei putatiuus tantum pater, & nutricius fuit, ut tuta & illęsa ab impuris hominibus, illibatę ac sanctissimę Virginis pudicitia foret.

προβλήματα.i.Obiectiones.

I

Cur Deus mundum in ſpiritualem & corporeã naturam diſtinctum condidit,atque creauit? Nunquid ut ſua potentia non modo ſibi ipſi, ſed etiam numinibus & animabus ſibi aſtantibus patefieret?

An quia Deo non tantum conueniunt actus immanẽtes qui in obiectum intrinſecum terminantur uerum etiam tranſeuntes, quorum obiectum eſt ſemper extrinſecum?

An quia æternarum & temporalium ſubſtantiarum Deus eſt author?

An quia omnia entia per potentiam, & actum quibus patiuntur & agunt inter ſe inuicem diſtinguntur?

An quia Deus cum ſit puriſsimus actus uoluit ut inter omnia entia quędam ſint actu tantum, aliqua potentiã tantum, nonnulla item horũ media partim in actu & partim in potentia?

An quia æquum eſt vt quędam ſubſtantię ſeu formę ſint à materia penitus ſeparatę ſiue abſtractę ſecundum eſſe, quędam vero in ipſa receptę conſiſtant?

An quia quędã entia ſunt inalterabilia &in tranſmutabilia ſempiterno æuo per participationem fruentia, alia vero per alterationem & tranſmutationem generantur & corrumpuntur?

An quia principia poſitiua ſeu per ſe rerum naturalium ſunt tantum duo, quorum alterum eſt quoddam optimum & diuinum per ſe appetibile, forma uidelicet, cui ſpirituales ſubſtantiæ æternæ, & inuiſibiles correſpondent, alterum uero turpe, & & ſua priuatione ſemper ad interitum tendens, materia ſcilicet ſine qua nullum corporeum eſſe nequit?

προβλήματα, i. Obiectiones.

An quia actus intellectus uel terminatur in apprehensione intelligibilium tantum, quę facultatem naturæ excedunt, uel in notitiam sensibilium quę etiam materialia nuncupantur?

An quia formarum aliæ sunt immateriales aliæ uero materiales?

An quia naturæ opifex effectus quosdam sibi similes quosdam uero dissimiles suam omnipotentiam, sapientiam, & bonitatem detegentes producere uoluit?

An quia sicut forma mediantibus dispositionibus materiæ coniuncta dat esse, & anima corpus per suas potentias regit atque conseruat, ita conditor uniuersi, Angelorum ministerio utens mundum sua prouidentia optime disponendo gubernat? Sed

II

Si spiritus Domini repleuit orbem terrarum & cætera, quid opus est Angelis?

An ut medii sint inter Deum & cuncta corporea?

An quia sunt administratorii spiritus in ministeriũ missi propter eos qui hæreditatem capiunt salutis?

III

An quia creaturarum aliquas dicebat esse simplices & quasdam compositas?

An ut corporalia entia à spiritualibus substantiis dirigantur in proprios fines?

An quia uoluit naturæ conditor vt sibi perpetuo tanquam Regum omnium regi numina quædam obsecutura astarent?

An ut diuina bonitas, & quoad misericordiam, & quoad iustitiam etiam in Angelis elucescat?

An ut essent quædam creaturæ quorum vita sicut &

creatio immediate per conseruationem dependeret à uerbo Dei sine alimento extrinseco?

An propter bonum uniuersi quod cognoscitur ex ordine unius creaturę ad aliã? Sunt.n.substantię incorporeę & inuisibiles totius mundi partes pręcipuę sicut anima hominis nulla autem pars separata à suo toto est ita perfecta sicut coniuncta.

An ut homines illuminando custodiant ne quid diuinę legi & uoluntati repugnantes efficiant?

An ut essent aliquæ creaturę quarum finis ita suam naturam excederet, sicut illę corporea cuncta excedunt?

An ut actu diuinam bonitatem in uerbo intuentes, eidemque semper astantes laudem iugiter ac gloriam, honoremque deferrent?

An ut aliqui illorum spheris cęlestibus tãquam motores assisterent, ut earum influxibus cuncta sub lunaria gubernantes, in diuinam tandem uoluntatem reducerent? Necesse est.n.omnia inferiora superioribus lationibus esse contigua, ut omnis uirtus eorum gubernetur inde.

III

Sed corpora cęlestia quo modo uel quid agunt in istis inferioribus? Nunquid suo ambitu omnia complectuntur & continent?

Nunquid suis motibus sunt causa siue mensura motuum localium corporum inferiorum?

Nunquid astrorum radiis illuminant mediũ ut actu uisibilia prospiciantur?

Nunquid disponunt materiam ad receptionem formę?

Nunquid formas in materia uirtute seminali laten-

tes educunt de potentia ad actum? Per accessum enim & recessum solis in circulo obliquo fiunt generationes, & corruptiones istorum inferiorum.
Nunquid generata conseruant?
Nunquid per condensationē & rarefactionem alterant elementa & ex his mixta, ita ut in ipsis per spiritus & uapores, exhalationes & fumos, fulgura & cometę, nubes & uenti, glacies & gemmę, mineralia & metalla, & alia his similia producantur?
Nunquid imprimunt figuras naturales & formas iuxta uariā dispositionem subiecti?
Nunquid sunt causa augumenti & decrementi?
Nunquid influunt occultas uirtutes seu proprietates, elementorum qualitates penitus excedentes? Magnes etenim nulla elementorum uirtute & ferrū ad se attrahit & ad polum conuertit, & uerbena nonnullis uiscerum morbis remedio ut plurimum esse solet, & neria sicut & bezohar, ueneno rum nocumenta depellit?
Nunquid ita contemperant elementorum portiones, ut in qualibet uel minima cuiuscunque cōpositi particula, contrariæ ac dissidentes, inter se qualitates concordent?
Nunquid causarum congeries seu concursus defluit, & emanat à superioribus in inferiora, ita ut Deus numinibus, numina cœlis, cœli elementis, elementa compositis, composita hominibus uirtutem tribuant qua Deo perpetuo seruiant, atque uiuant? unde ex hoc pulcherrimo ordine omnia in eum finem tendant à quo sumpsere principium? Sed

προβλήματα i. Obiectiones.

IIII

Homo quonam pacto est sui iuris? Seu cur habet liberum arbitrium?

An propter inclinationem naturalem indeterminatam qua sua voluntas fertur indifferenter in unũ quodque volibile sicut intellectus in omne scibile?

An quia quodlibet obiectum sub ratione boni delectabilis vtilis & honesti potest ad se appetendum liberam seu indeterminatam hominis uoluntatem mouere?

An propter sensualitatem quæ sua concupiscibili, irascibilique virtute illa tantum appetit, quæ ad corpus pertinere videntur, quatenus sunt vitanda uel eligẽda voluntas aũt rationi coniuncta per synderesim ea solũmodo quærere nititur, quæ ad animam spectant?

An quia voluntas nihil necessario appetit?

An quia per voluntatem homo est dominus suarum operationum? Nisi.n. hoc esset frustra constituta fuissent legis præcepta præmia & pœnæ.

An quia voluntas humana cogi nullatenus potest? sicut.n. impossibile est aliquid simul esse violentũ & naturale (licet interdum vtrunque sit necessarium) sic fieri nõ potest ut aliquid sit violentum, & voluntarium.

An quia possunt homines efficere quodcunque uoluerint?

An quia voluntas hominis indifferenter se habet ad opposita? Potest.n. homo appetere vel non appetere bonum vel malum.

An quia voluntas quoad actũ elicitum sibique proprium ideo libera dicitur quia est sui causa, licet

προβλήματα.i. Obiectiones.

impediri possit quantum ad actus imperatos, seu quoad executionem electionum? Omnes .n. homines mallent præesse quam sub esse, non tamen omnes imperant siue regnant.

An quia uoluntas optimum ex melioribus, meliora ex bonis,& bona ex malis semper eligit, aut si necessitas cogat pessima semper deuitans atque peiora, nisi seipsam decipiat, quæcunque minoris mali & maioris boni rationem continere videntur, subire quærit potius ac sustinere? Nauta .n. volens nolẽs, imminente naufragii uel submersionis periculo, merces in æquore deiicit.

An quia voluntas humana nulli est creaturæ subiecta? Fecit .n. Deus hominem & reliquit eum in manu consilii sui.

An vt homo sponte Deo semper adhæreat, cui seruire regnare est et ita seipsũ cognoscens, ac vincẽs felicitatem tandem diuina fauente gratia consequi mereatur? Sed

V

Quonam pacto potest homo beatitudinem adipisci?

Nunquid per cognitionem Dei? Dicebat.n. summa ueritas, Hæc est vita ęterna ut cognoscant te uerum Deum & quem misisti Iesum Christum.

An per actus humanos siue morales, qui dirigi semper debent per uirtutes in ultimum finem?

Ε᾿υδαιμονία ἐστὶ πρᾶξις κατ᾿ ἀρετήν.

An per appetitum suæ perfectionis quæ à Deo solũ dependet?

An per participationem diuinę similitudinis?

An per actus voluntatis quibus per charitatem semper Deum amare & proximum propter Deũ diligere nos oportet?

προβλήματα i. Obiectiones.

An per actus intellectus, quibus diuinarum, humanarum, & naturalium rerum scientiam adipisci mur?

An per assecutionem omnium corporalium bonorum?

An per adeptionem cunctorum bonorum ad animã pertinentium?

An per acquisitionem omnium bonorumque non modo ad corpus & animum, uerum etiam ad utrũque, seu ad compositum pertinere uidentur? Inopes .n. ęgrotantes, & serui aut alterius ditioni subiecti, seu abiecti & uiles eos tantũ existimant homines esse beatos qui diuites sunt atq; incolumes, domini, liberi, atq; principes, sapientes etiã & eos qui aliqua gloria seu honore digni cẽsentur.

An per lętitiam uel delectationẽ quam quis accipit ex uoluptatibus animi seu corporis? Delectatio enim est quietatio appetitus in bono desiderato.

An per fruitionem sanctissimę Trinitatis, in qua tãtum uoluntas delectata conquiescit?

An per prędestinationem quę est propositum miserendi seu pręparatio gratię ad gloriam? Sed

VI.

Quomodo competit hominibus prędestinatio una cum suo effectu?

An per pręordinationem diuinam?

An per directionem in finem à Deo pręcognitum?

An per propositum miserendi?

An per prouidentię rationem quę in sui dispositione non fallitur?

An per uocationem?

An

προβλήματα.i.Obiectiones.

An per electionem?

An per iustificationem?

An per executionem diuinę uoluntatis, quę statuit ab ęterno homines in Iesum Christum perfectè credentes per uocationem, electionem, iustificationem, & magnificationem esse glorificandos?

An per obseruantiã mandatorum Dei? Dixit enim lux ueritatis & sacri Euangelii author, si uis ad uitam ingredi, serua man data.

An per gratiam quam Deus ante mundi constitutionẽ se diligentibus seu dilecturis statuit exhibẽdã?

An per dilectionem Dei?

An per salutem quę confertur hominibus non ex debito, sed ex gratia? Omnes.n.peccauerũt, & egent gratia Dei, per quam nisi suis demeritis uoluntati diuinę resisterent essent beandi, sicut per eandem sine suis meritis conditi fuerunt atq; ad imaginem dei formati. Sed

VII

Cur Deus condidit hominem?

An ut esset aliqua creatura quæ quoad corpus cum sensibilibus & quoad animum cum intelligibilibus conueniret?

An ut omnium bonorum optimo usu asidue lætaretur?

An ut esset ueluti epilogus quidam diuinæ creationis? Ideo.n. fortasse a philosophis appellatus est μικροκόσμος quoniam in ipso creaturarum omnium uirtus quodammodo continetur.

An ut ęternitatis & corruptionis esset particeps?

An ut terram coleret sicut Angeli cęlum?

An ut corruptibilium dominus esset?

An ut suum opificem penes quem est cunctarũ rerũ

imperium semper ueneraretur & coleret?
An ut summū bonū intelligeret, intelligēdo amaret amando possideret, & possidendo frueretur?
An ut cęli sedes Dęmonibus inde fugatis seu deiectis uacuę sanctis hominibus replerentur?
An ut bonitas Dei per misericordiā, & iustitiā in ōnibus intellectualibus substantiis eluceret?
An ut diuinę similitudinis esset particeps?
An ut homines per incarnationem & reliqua uerbi ęterni mysteria deificaret? Dixit.n Dominus mūdi totius conditor atque redemptor suis discipulis, Qui credit in me opera quę ego facio & ipse faciet & maiora his faciet, quoniā ego ad Patrem vado. Sed

VIII

Cur non omnes homines diuinę redemptionis fructu potiuntur? Maior nanque semper infidelium multitudo extitit quā fideliū, & ex ipsis fidelibus plures sanè sunt peccatis inuoluti & irretiti quā sanctitate, omnique bonitate seu virtute insignes
An quia non omnes accedunt ad Deum per Iesum Christum?
An quia non omnes sunt innocentes manibus, & mundo corde?
An quia lata est uia perditionis, ardua arcta, atque angusta salutis? Christus etenim sufficienter pro omnibus passus est suis fidelibus relinquens exēplum, ut efficaciter sequantur uestigia eius.
An quia per multas tribulationes oportet introire in regnum Dei? Seruus enim non est maior domino suo.
An quia non omnes obediunt euangelio?
An quia sine fide impossibile est placere Deo, & ō-

ne quod non est ex fide peccatum est?
An quia non omnes per charitatem & reliquas uirtutes Deo semper adhærent quamuis euangelio credant?
An quia omnes fere quærentes quę sua sunt, nō quę Iesu Christi sibi potius uiuūt & mundo quā Deo qui fecit illos?
An quia non omnes cognoscunt uerum Deum, aut si quo pacto cognoscunt, non tamen glorificant sicut Deum, unde nec ipsi postmodum a Deo glorificatur? Quę n. seminauerit homo hęc & metet.
An quia non omnes sunt sacro baptismatis fonte regenerati?
An quia non omnes manent in ea uocatione quā fuerunt uocati?
An quia sensus & cogitatio hominum prona sunt ad malum omni tempore & omnes fere homines more phrenetici furentis in medicum Spiritui Sancto resistunt, & satanæ potius parent, qui uariis tētationibus, ipsos in suam perniciem atque perditionem inducere quærit? Ne itaque suauissime lector Satanę laqueis aut hamis capiendus decipiaris, caue ne unquam Spiritui Sancto resistas, cuius obumbratione factū est ut Filius Dei pro tua omniumque hominum salute (nisi obicem ponant) humanam natură cū omnibus eius miseriis (sine peccato tamen) atque ęrumnis assumpserit.

LIBRI SECVNDI FINIS.

ὅροι. i. Definitiones.

I

Deus propter nimiam charitatem suam qua homines semper dilexit est author restaurationis, & redemptionis humanę, per quam Iesus Christus omnem hominem uenientem in hunc mundum illuminans salutem suæ incarnationis mysterio uniuersis sibi credentibus pieque uiuentibus affert.

II

Iesus Christus Dei omnipotentis per sempiternã processionem & Sanctissimæ Virginis per temporalem generationem seu incarnationem unigenitus filius est caput nõ modo militantis ecclesię per gratiã sed etiam triumphantis per gloriam, qui cum data sibi fuerit omnis potestas in cœlo, & in terra, omniũ bonorum hoc est diuinarum cælestium naturalium humanarum, spiritualium, & corporalium perfectionum thesauros in se reconditos tenet, more capitis, in quo potissimum uigẽt omnes sensus, de cuius exuberãti & affluenti plenitudine gratiarum, uirtutũ atque donorum omnes homines si uere sapiant acci pere queunt.

III

Mysterium est diuinę uirtutis sanctissima operatio, sacerque effectus, quo abdita uerbi æterni arcana, abstrusaque consilia hominibus suę salutis gratia patefiunt, ut ingentem summæ diuinitatis amorẽ erga se cognoscentes eidem reciproco eximię charitatis affectu semper adhærcant,

ὅροι.i. *Definitiones.*

IIII

Incarnatio ſacrum eſt Sanctiſsimæ Trinitatis myſterium,quo Dei uerbum ſine ſui mutatione carnē ex utero uirginali Patre mittente ac obumbrante,& ſancto ſpiritu ſuperueniente aſſumens, eandemque ſibi perſonaliter uniens,non in uniuerſali nec in abſtracto , ſed in unico Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti atomo,humanitatem ex uero corpore & anima conſtantem una cum diuinitate ſine ulla commixtione ſeu confuſione coniunxit.

V

Gratia eſt diuinæ bonitatis participatio,qua Deus ſine præcedentibus meritis creaturas omnes in eſſe conſtituens,ſenſibiles quidem ſuæ prouidentię ratione in naturalem finem dirigendo conſeruat, intelligibiles autem paterno ſuæ benignitatis affectu,ita protegendo & gratis adiuuando cuſtodit atque gubernat,ut ſuis meritis,bonis uidelicet & benefactis operibus,& ſuo conditori ſint grati , & ſuper naturalem beatitudinis finem facile diuino nunquam eas deſſerente auxilio(niſi reſiſtant ſpiritui sāctiſsimo)conſequantur.

VI

virtus eſt principium recte agendi atque animi decus & ornamentum potentiam quamlibet innata quadam uel diuinitus indita proprietate pulcherrimo ordine ſeu frequenti uſu bene diſpoſitam perficiens,quo diriguntur agentis intentiones & operationes,ut laudabili modo ſemper ad id quod optimum eſt tendat atque perueniat.

VII

Sanctitas eſt ſpiritualis munditia nullis unquam ſcelerum ſordibus inquinata,inuiolabiliter purita-

tem sine maculæ alicuius contagione aut deterioris rei commistione conseruans, qua homo per carnis mortificationem, ne aduersus spiritum insurgat mente & corpore Deo seruiens & sibi & aliis impetrare, & etiam quandoque mereri diuina exoptatæ salutis munera potest.

VIII

Pietas utilis est ad omnia uirtus, per quam sanctus atq; diligens Deo tribuitur cultus, ac debitũ redditur fide ac sanguine coniunctis officium patriæque beneuolis, & amicis omnibusque propinquioribus decens auxilium atque honestum obsequium exhibetur prout ipsorum ratio & necessitas seu merita postulant.

IX

Humilitas sublimis inter cæteras uirtus laudabilis est terrenarum dignitatum atque honorum contemptus animiqne deiectio, refrenans appetitum nę in sublimia suis tantum uiribus confidendo sine gratiæ diuinæ auxilio tendat atque feratur qua homo reprimens semetipsum per timorem & reuerentiam Dei subiicit se omni humanę creaturæ propter Deum, & eligit abiectus esse in domo Dei potius quam habitare in excelsis tabernaculis peccatorum.

X

Charitas non modo est uirtus uerum etiam fundamentum, radix & forma cunctarum uirtutum, atque insuper merendi principium præceptorum omniũ finis, & quarumlibet honestarum operationum perfectio atque mensura, uniens ingenti gaudii spiritualis & pacis tranquillitate delectabiliter se mutuo diligentes affectu in eo qui omnium bonorum caput est, fons, atque origo, qua Deus in se manens,

& se & sua benignitate uniuersa alia diligit, Angeli uerò lucis & sancti homines in societatem Iesu Christi, uocati, diuina bonitate fruentes & aliis rebus in Domino utentes Sanctissimæ Trinitati per ingentem amorem semper adhærent, & quę Dei sunt tantum Deo primum deinde sibi postmodum proximo propter Deum uiuentes habitualiter saltē in ualeant actualiter, semper & ubique requirunt.

XI

Meritum est opus uirtutis per charitatem gratia opitulante perfectum cui condigna merces secūdū iustitiam & congruum præmium secundum misericordiā diuinę repromissionis iure seu obligatione debetur, qua Deus sibi non tantum inutiles, sed etiā noxios seruos dignos sua clementia efficit, ut sanctæ adoptionis institutione, imitatores Vnigeniti Filii sui & Domini nostri Iesu Christi, cœlestis regni coheredes in æternum fieri mereantur.

XII

Obediētia est uirtus, nō seruili metu, sed intimo charitatis affectu uoluntatē humanam diuinæ subiiciendo conformans, qua inferiores suæ uoluntatis imperium abnegantes, superiorū & sublimiorū potestatū monitis, consiliis, præceptis, decretis, ac placitis tacitis uel expressis, nisi legi diuinæ repugnēt (obedire nanque oportet Deo magis quam hominibus) iure obsequuntur ac parent.

XIII

Patientia est uirtus muniens animum ne absentium bonorum mœrore, & præsentium seu imminentium laborum seu malorum tristitia opprimatur, qua sancti homines omnia sibi aduersa, quiete, ac moderate, hoc est, sine ulla men-

tis perturbatione tolerantes malunt ærūnas nihil mali committendo ferre, quàm non ferendo committere.

XIIII

Abstinentia est uirtus recta ratione moderans alimentorum usum secundum congruam quantitatem & qualitatem, non quoad ualetudinem, sed quoad refrenationem appetitus subtrahens potius aliqua necessaria, ne in superfluā ingluuies delectationis gustum allicientis causa dilabatur qua deprimuntur concupiscentiæ carnis contra luxus illecebras, ut mens per corporis castigationem ad diuinorum cōtemplationem uehementius eleuetur.

XV

Mansuetudo est uirtus per animi lenitatem cohibens iram impetumque furoris, qua mites læsi lædētibus, clementer indulgentes propter Deum, uincūt in bono clementiæ malum iniuriæ, potius quam ob. nimiam ultionis crudelitatem siue seueritatem in malo.

XVI

Virginitas est uirtus qua homines perfectiorem uitæ statum ex consilio eligentes, recta ratione per excellentissimum castitatis gradum mentis formaliter impollutam integritatem & carnis incorruptionem materialem, sine aliqua fœditate uel impudici tactus delectatione seu concupiscentia, suo conditori perpetuo seruare proponūnt, & ea tantum cogitant quæ Domini sunt ut Deo semper placeant, & corpore & spiritu.

XVII

Modestia est uirtus optimo rationis usu humanis actionibus seu moribus regulam quandam prescri-

bens,& certum adhibens modum præcipuæ honeſtatis,qua homines ſibi cauere debent ne quid fiat, quod cuiuſquam lædat aſpectum,& ne quod detur offendiculum fratri uel ſcandalum,ſed quod omniū potius deceat probitatem ac ſanctitatem.

XVIII

Iuſtitia eſt uirtus præcipua ratione regens optime uoluntatem,ut per proportionalem honoris, & utilitatis æqualitatem ius Deo debitum & hominibus perpetuo tribuatur,qua per legum obſeruantiā priuatis bonis communia præferuntur,ne quid unquam in fraudem uel detrimentum alterius committatur.

XIX

Temperantia eſt uirtus hominis uoluntatem ob timorem Dei refrenans,ne libidines,irrationales ſcilicet ſenſuum uoluptates aut concupiſcentias,laſciuas uidelicet carnis delectiones diuina conſilia uel præcepta contemnendo ſequatur, qua interiores animi perturbationes,à quibus exteriores actus procedunt,optimo rationis diſcurſu ſedantur & coercentur,ne quid ab homine requiratur quod pro loco & tempore non pertineat ad uitę neceſsitatem ſiue utilitatem.

XX

Prudentia eſt uirtus dirigens uoluntatem ut optime imperando per uniuerſalem appetendatum, & fugiendarum rerum cognitionem moueat omnes animæ potentias recta ratione,ad eos actus ſingulares quibus homines tendant in Deum, & medium uirtutis attingant,|& finem ſemper διὰ τὴν εὐβουλίαν καὶ σύνεσιν. pręcognitum ſibique propoſitū conſequantur.

XXI

Fortitudo est uirtus, per animi firmitatem omnibus impugnationibus uitiorum ab assecutione summi boni impedientibus recta ratione resistens, per quam homines animaduertentes cuncta quæ possunt imminere discrimina seipsos per sui notitiam præparant, & animi perturbationes moderando, & dolores corporis paruipendendo, tuentur ac uincunt, mortisque pericula si oporteat, & labores omnes caute, & considerate iustaque de causa subeunt, ac patiuntur, potius quam ad aliquid inique agendum flectantur, quo minus Deo per charitatem semper & ubique adhæreant.

XXII

Animaduersio est uirtus accurata circumspectione mentem rebus agendis solerti consideratione, ac diligenter adhibere proponens, cunctaque magna attentione summoque studio adnotans per uehementem animi applicationem, quæ ad finem prædinatum à ratione cognoscente sunt dirigenda, ne hominis sensus, uel appetitus in diuersas sibique inutiles partes distractus, quæ ad salutem consequendam necessaria sunt ommittat atque contemnat.

XXIII

Veritas mendaciis, fraudibus, fictionibus, dolis, simulationibusque opposita, seu maius Veracitas est uirtus indicans oculata fide, & certa notitia cũ circunstantiis locorum, causarum & temporũ quid & quomodo ab agente aliquo factum sit & fieri debeat ut in colloquiis, negociis, & præsertim in cõcionibus atque iudiciis per confessionem legitimam atque ueram, iusta ab iniquis facilius discernantur,

qua cauendum est etiam ne quid ociose uel temere siue iniquo animo proferatur, aut id promittatur, quod seruari non debeat aut posit.

XXIIII

Misericordia est uirtus, cor hoc est intimum charitatis affectum ob illorum miseriam quos unice diligimus mouens, ut mala quamuis iuste ob sua demerita patientibus per displicentiam compatiamur, qua recto rationis iudicio, & indigentibus uariis operibus subuenitur ne pereant, & uere pœnitentibus indulgendo ignoscitur, ne ob uoluntarias culpas inuoluntarias pœnas luere compellantur.

Θέσεις.i.Positiones.

I

Peccata humanæ naturæ & numero criminum, & multitudine delinquentium, & ratione diuinæ maiestatis, quam flagitiosi ac perditi homines lædũt sunt infinita, Quamobrem infinito modo quo diuinæ iustitiæ satisfieret erant expianda atque delenda, uel etiam ab hominibus remouenda.

II

Seruãda est in propinandis medelis, quibus morbus pellitur & sanitas ammissa recuperatur, temporis opportunitas, aliter lædere possunt potiusquam prodesse, Atque ideo diuinæ sapientiæ uisum est Filium Dei tunc in remedium peccatorum, & redemptionem humani generis carnem assumere (qđ etiam peccato non existẽte tanquam glorificator facere potuisset) cum post uarios statu, diuersasque mundi ætates non legum sed naturę uitio inualuit morbus, ne omnes homines qui erãt in lũbis Adę,

lethale serpentis uirus insanabili plaga inficeret, sed ut multi ex omnibus gentibus & tribubus & populis & linguis prętioso sanguine Iesu Christi redempti ante thronum diuinę maiestat s Deum perpetuo tanquam Angeli lucis laudaturi assisterent.

III

Vnicum & singulare redéptoris nostri Iesu Christi suppositum, seu intellectualis persona, per integritatem diuinę & humanę naturę in suo indiuiduo sin e ulla confusione aut mixtione subsistentem con stabat ex anima corpus informante & deitate tam animę quam corpori inseparabiliter assistente, cum diuinitas mutabilis forma corporis esse nequeat.

IIII

Sicut sensitiuum, complectitur uegetatiuum, intellectiuum autem comprchendit non per amissionem, sed per augumentum uirtutis utrunque. Ita anima Christi proprium corpus continens tanquam materiam forma, ab ipsa diuinitate ita continebatur ut nulla unquam unio uerior esse possit.

V

Quamuis partes homogeneę cum sint eiusdé naturę suscipiant eandem denominationem cum toto partes tamen essentiales potestatiuę ac eterogeneę, nunquam inter se inuicem, nec cum suo toto ratione generis proximi in eadem appellatione conueniunt, Nam licet quęlibet pars substantæ sit substantia non tamen quęlibet pars hominis est homo uel animal, Anima item non est corpus, nec uice uersa corpus anima simili quodam pacto se habent in Christo uerbum, anima, & caro, uel corpus, ex quibus perfectissime resultat sanctissimum Domini nostri Iesu Christi suppositum, quamuis neutrum horum

θέσεις.i.*Positiones.*

trium re uera de reliquo prędicetur in recto.

VI

Vt omnia pertinentia ad humanæ naturæ conditionem Christus assumeret, quæ diuersis etiam statibus conuenirent pro innocentię statu impeccabilitatem assumpsit, pro statu autem naturæ lapsę seu corruptæ pænalitates sustinuit, pro statu uero gratię & gloriæ uidimus gloriá eius, dicebat diuus Ioánes (qui.s. fuit simul ratione corporis seu passibilitatis uiator, & ratione animæ diuinitati coniunctę comprehensor) gloriam quasi unigeniti à Patre plenum gratię & ueritatis.

VII

Cum necessitas distinguatur in naturalem, quæ ab interiori principio prouenit, & coactam quę ab agente extrinseco uiolenter, hoc est, contra inclinationem patientis solet inferri, atque insuper in eam quam finis simpliciter uel ex suppositione imponit Christus tantum illis necessitatibus erat subiectus quoad humanitatem, quæ oriebantur ex principiis carnis assumptæ. Quamuis enim ipsa ueritas dicat, oportebat pati Christum, tamen oblatus est quia ipse uoluit, & misericordia motus peccata nostra ultro portauit.

VIII

Quęcunque uerbo Dei, uel homini in eo quod homo conueniunt secundum rei ueritatem, inconcreto tamen atque distincte possunt de Christo proprie prædicari, dummodo cunctorum scęlerum, & criminum culpas delicta & peccata excludas atque excipias. Opposita.n.respectu diuersorum nonnunquam de eodem subiecto uerificantur, Christus etenim est Deus & homo, non tamen deitas si sumatur

pro altera tantum parte suppositi neque humanitas.

IX

Medium non tantum æqualiter distat ab extremis disiunctis, uerum etiã in se rationẽ extremorũ seu principii & finis uniendo connectit. Cum autẽ Angeli secundum gradum naturæ, sacerdotes uero prophetę & reges dispositiue ministerialiter & secũdum uarios gradus gratiæ medii sint inter Deum, & reliquos homines, Christus tamẽ Angelorũ Dominus Rex regum, prophetarum uaticiniũ siue oraculum, hostia sacerdotum uel uictima reconcilians p sanguinem suum, siue quæ in cęlis, siue quę ĩ terris sunt, solus uerissimam medii seu mediatoris cõtinet rationem, in quo diuinitati humanitas est coniũcta cuius uirtute in cælis gloria Deo canitur, & pax in terra bonæ uoluntatis hominibus per euangeliũ nunciatur.

X

Nihil defuit Christo quod ad humanæ naturæ perfectionem spectaret. Vnde non fuit diuinis muneribus Adę ante peccatum a Deo concessis expoliatus, cum peccatum actuale non fecerit, nec originale ex traduce infecta seu polluta contraxerit, Vulnera tamen passibilitatis, necessitatis, & mortalitatis naturæ a callido serpente illata sponte sustulit ac sine ulla imperfectione sustinuit. Quamobrem ipsius mens perfectissimam habuit omnium rerum cognitionem, sicut & uoluntas omnium bonorum comprehensionem ita ut merito dixerit diuus Paulus. In ipso sunt omnes thesauri sapientiæ & scientiæ Dei absconditi.

XI

Omnium bonorum, & gratiarum affluentissima

plenitudo fuit in Christo, Quam ob causam quid quid dicit perfectionem in creaturis, quarum uirtus aliquo pacto in literis sacris refertur Christum uariis modis per similitudinem figurando significat uel quo ad rem significatam siue quantum ad modum significandi, Hinc uocatur lapis angularis, & petra scandali, sal sapientię, & aurum ignitum, lignum uitę, & fructus salutis, serpens exaltatus, & agnus Deo pro peccatis oblatus, terra uiuentiũ fons aquę salientis in uitam ęternam iris inter aeris nubes apparens, ignis peccata consumens, & charitatẽ accendens, hostiũ cœli, sol iustitiæ, lux mundi, uia ueritatis, vita sanctorũ, uerbũ Dei, pricipiũ cœli, & terrę, & cuncta alia inumera propemodũ his similia Quidquid item in uariis statibus hominũ excellẽtiã denotat ac dignitatẽ abũdãtius lõgeq; dignius atq; pfectius reperitur in Christo, Vnde ipse solus re uera uocandus est pater, Dominus magister, Rex, propheta, sacerdos, miserator, iudex, legislator, patronus, Dux, aduocatus, adiutor, liberator, redẽptor, saluator, restaurator, seruator, protector, medicus, Pontifex, mediator, iperator, messias, triũphator, gubernator, opifex, consolator, uas, predicator, pastor & euangelus, sacri uidelicet euangelii author, ac tandẽ largitor õniũ bonorũ gratiarũque donator atque glorificator, & quęcunque alia his similia esse censentur.

XII

Et si deus absolute quocunque alio modo potuisset hominibus afferre salutem, tamen secundum ordinem suę ab ditissimę prouidentię summa sibi cognita ratione prescriptum uoluit unigenitum Filiũ suum, ob reparationem humani generis corruentis & diuinę iustitię satisfactionem carnẽ assumere, ne

θέσις.i.Positiones.

maligni ſpiritus homini ſe prçponerent,& ut potẽtes hominum hoſtes a potentiori propugnatore cõtererentur. Cum.n. nequeat aliqua creatura propriis tantum uiribus & ſine Deo aliquid beatitudinis aſſequi,ſicut nec eſſe congruum Deo uiſum eſt quo facilius homines p charitatẽ promouerẽtur exẽplo ſui redemptoris in bono ut ipſa deitas non tantum ratione creationis ab hominibus glorificaretur per aſſecutionem boni naturæ uerum etiam ut ratione recreationis,uel reſtaurationis, per adeptionem çterne fælicitatis & omnium bonorum homines in gratitudinem uitantes Deo ſemper laudem & gloriã honoremque deferrent.

αἰτήματα.i.Petitiones.

I

Bonum ſecundum proportionem eſt ſui ipſius magnopere diffuſiuum:

II

Chriſtus ab inſtanti ſuæ conceptionis habuit omnẽ plenitudinem gratiæ.

III

In infinitum diſtãtia finito modo coniungi nullatenus queunt.

IIII

Omnis Chriſti actio,hominum eſt inſtructio.

V

Effectus plerunque ab hominibus cognoſcitur, & non cauſa.

VI

Communia & dubia non ſunt ſine limitatione perſpicua proferenda.

ἀφορισμοὶ.i.Determinationes.

I

Licet extrinsecę sanctissimæ Trinitatis operationes unicuiq; personarũ, æqualiter conpetant, tamen creatio propter omnipotentiã attribuitur patri, recreatio autẽ seu restauratio per sapientiã filio, cõseruatio uero διὰ τὴν παγκαλοαθάν'αν spiritui sancto.

II

Nihil unquã noui accidit apud Deũ, uerum quoniã omnes creaturæ simul inter se incopatibiles atque incõpossibiles essent, quo ad esse, non tamen quoad scientiã diuinam, penes quam, nulla est distinctio pręteriti & futuri, cum omnia nuda & aperta sint oculis eius, ideo opus fuit, ne totum humanũ genus periret, ut multi, quorum caput est Christus secundũ carnem, & in eo quod talis homo prędestinarentur secum ab ęterno, iuxta propositum eius qui omnia operatur secundum optimum consilium sue sanctissimę uoluntatis, qui cũ omnes homines essent iusto iudicio reprobandi, sua tamen gratia atque clementia statuit in tempore constituto modũ & ordinem salutis adipiscendæ per Christum, qui prędestinatus est filius Dei in uirtute, nos autem in adoptionem filiorum Dei. Prędestinatio enim ex parte prędestinantis nullam antecessionem significans, est gratuitum Dei donũ gratię & glorię ab eterno preordinatum, ex parte uero prędestinati est temporis constitutio, in qua terminus siue effectus salutis ita à Deo est prę ordinatus, ut per charitatem Christi post modum impleatur.

III

Voluntas humana διὰ τὴν θέλησιν quæ recte

ἀφορισμοὶ. i. *Determinationes.*

nuncupari solet uoluntas ut natura, cum sit principium imperans fertur semper in finem uerum διὰ τὴν βούλησιν cum libere eligat hoc uel illud potius bonum, mouetur ad ea quæ sunt ordinata ad finem. Appetitus autem sensitiuus licet refugiat naturaliter dolores sibi contrarios & quamlibet etiam corporis læsionem, tamen in Christo ita à rationali dirigebatur ut uterque instar ægri pro tuenda, seu recuperanda ualetudine cauterium uel amaritudinem pharmaci iubente perito medico tollerantis, subiaceret uoluntati diuinæ, quæ ita erat in Christo sicut, secundæ substantiæ, sunt in primis, quamquam ipsas contineant.

IIII

Finis gratiæ quæ causatur ex præsentia diuinitatis seu diuinæ bonitatis in homine, sicut lux ex præsentia solis in aere, est unio creaturæ rationalis ad Deum qui propinquiori recipienti abundantius influit id boni quod in alios etiam more fontis transfundere queat. Qua propter cum humanitas Christi esset animatum instrumentum diuinitatis, non tãtum habuit gratiam unionis, sed etiam plenitudinẽ cuiuscunque gratiæ habitualis uirtutis ac doni. Sicut.n.corpus uiuit per animam, ita anima per gratiã Dei, quæ respicit seu perficit essentiam animæ, uirtutes eiusdem potentias, supernaturalia autem spiritus sanctißimi dona, utriusque operationes, & actus.

V

Quoniam Filius Dei, assumpsit totam essentiam seu naturam humanam, quæ pertinet ad unam personam, ideo in unitate suppositi, seu in unica indiuidui subsistentia remansit distinctio diuinitatis at-

que humanitatis cum omnibus ſuis perfectionibus. Hinc fit ut propter inſeparabilẽ, unionem duarum naturarum in eadẽ hypoſtaſi, quæ ſunt hominis nõ nunquam Deo,& uice uerſa interdum quæ ad Deũ ſpectant homini tribuantur. Vox.n.in concreto ſignificans aut denominans aliquam naturam, niſi cõtrahatur,aut limitetur,poteſt ſupponere pro qualibet perſona uel hypoſtaſi illius naturæ.

VI

Multa conueniunt Filio Dei ſecundum naturam quæ ratione incommixtibilis unionis, Filio hominis etiam per gratiam competunt.Quam ob cauſam omnium ſcibilium ueriſsimam cognitionem Chriſtus habebat, tanquam lux diuino lumine illuſtrata, quæ illuminat non tantum omnem hominem uenientem in hunc mundum,uerum etiam mentes cæleſtes,quæ in uerbo per notitiam matutinam,ſecundũ tamen ſuæ mentis captum,omnia intuentur. Plurima etiam lumine naturæ,ſine aliqua diſciplina tanquam ſupremus omnium præceptorum,magis quam ter magiſter ac doctor,propria inuentione per collationem diſcurrendo intelligebat,ne in ipſo intellectus agens & poſsibilis eſſet fruſtra.

VII

Eadem ratione Chriſtus dicitur omnipotẽs qua etiam Deus, Quid quid enim enunciatur de prędicato, poteſt quoque, & de ſubiecto, ſecundum ueritatem, preſertim ſi fuerit eiuſdem generis prędicari. Verum quoniam naturalia Deo ſunt & naturæ ſubiecta, voluntaria vero hominis arbitrio relinquuntur,ideo homines diuini muneris auxilio ſemper protegi cupientes, Deo que ſemper ſuę uolũtatis imperium dedicantes, atque ſubicientes,in cũ

ἀφορισμοὶ.i.Determinationes.

ctis suis operationibus dependent à Deo, qui in sanctis hominibus operatur & uelle & proficere seu perficere pro bona uoluntate. Qua de re Christus quamuis esset omnipotens, non poterat tamen, uelle nedum facere, quę sciebat iustis de causis fieri non licere.

VIII

Diuinæ iustitię satisfacturus, generis humani Redemptor defectus omnes corporeos naturam cōmuniter, ex labe primi parentis infectam insequentes assumpsit, illis tamen ommissis qui ex actualibus delictis uel à particularibus causis oriuntur. Et licet anima Christi esset ob comprehensionem beatā, talis tamen beatitudo non debebat redundare ad corpus, nisi ad beneplacitum diuinum, atque post obitum, primum quidem ut ipsius prędestinatio, & sacrarum scripturarum ueritas impleretur, deinde ut uerum corpus se assumpsisse ostenderet, postmodū ut patientię atque humilitatis exemplo suis fidelibus imitando prodesset, ac tandem ut mortem ęternam moriendo destrueret, & uitam resurgendo sua omnipotentia repararet. Cum enim necessarium sit cōpositum secūdū naturā resolui, diuinitus tamē homines immunes per innocentiam extitissent à pœnis ante peccatū. Verū ammissa originali iustitia statutū est omnibus peccatoribus semel atq; iterū post iudiciū mori nisi diuina fauente clementia ab æterna dānatione redēpti ita se gesserint, ut uitæ æternæ participes fieri mereantur.

IX

Multa interdum de Christo uerificantur ratione membrorum, quæ capiti non conueniunt, non enim habuit impugnationem interiorem ex parte fomitis

rationi per inclinationem concupiscentiæ, ad inordinata delectabilia, repugnantis, quemadmodum sua membra, sed tantum exteriorem ex parte diaboli, qui cum non potuisset uariis tentationibus ipsum ad malefaciendum impellere, statuit saltem eundem ob multorum dolorum possionem in desperationem inducere, Sicut enim humanitas Christi quoad corpus omnibus doloribus & cruciatibus, sine aliqua tamen necessitate reatus erat subiecta, ita eadem humanitas quoad animam, omnibus perturbationibus, sine peccato euenientibus affici poterat, quibus tamen summa uirtute, ratioeque integerrima ac fortitudine spiritus imperabat. Potentiæ nanque animæ in peccatoribus, ad illicita seu inhonesta tendentes in suis actibus, mutuo se impediunt in Christo autem suo ordine ita erant dispositæ, ut per moderationem rationis, neutra alteram impediret. Atque hoc pacto delectatio mentis diuinam semper maiestatem contemplantis non impediebat inferiores animæ uires, quin suis officiis optimo iudicio dispositis fungerentur.

X

Ex frequentatis actibus fiunt habitus iuxta diuersitatem potentiarum percipientium uaria obiecta, distincti, Cum autem in Christo essent perfectissime omnes animę uires, quælibet illarum, ob pręsentiam diuinitatis poterat ad nutũ imperantis proprias operationes & naturales & uoluntarias exercere tãquã si a pfectissimo habitu processisset. Habebat insuper θεανδρικὴν quãdã operationẽ qua mirabilia suo arbitratu poterat operari. Sicut. n. ignis cõtiguavris propĩqua calefacit & remota illuminat, ita Christus

variis actionibus in remedium humani generis utebatur. Vnitati enim suppositi non repugnat pluralitas actionum, presertim cum eadem uideatur & ad idem tendat actio agentis & instrumenti.

XI

Aeterna diuini uerbi generatio est incomprehẽsibilis tẽporalis autem eiusdem incarnatio ineffabilis, sicut enim Heuà diuinitus ex uiro, sine muliere fuit formata, ita corpus Christi ex muliere sine uiro diuinitus fuit conceptum, Quare conceptio Christi debet secundum, quid naturalis & simpliciter miraculosa censeri, Nam secundum naturę cõditionẽ Christus in tempore de muliere nascitur, & supta naturam in instanti de virgine generatur, quę sane licet fuerit in Adam secundum seminalem rationem, tamen Patre mittente, filio misso, & sacto spiritu obumbrante suopurissimo sanguine qui erat potentia caro concepit saluatorem mundi, qui fuit in patribus quo ad substantiam corporis, non tanq̃ curatione indigens, sed tanq̃ uulneris medicina, cũ non processerit ab Adam uelut à principio actiuo, sed solum pasiuo, qnod ad fœcunditatem est insufficiens, nisi de pôia reducatur ad actum, Obumbratio itaque spiritus sancti principii actiui à Patre procedentis uicem subiuit, qui suę deitatis infinita uirtute in eo dem instanti corporis organa perfecte formauit, quo uerbum mediante anima à Patre infusa corpus aptiori quãtitate in tẽpore naturaliter augẽdum asumpsit, Non tamen ideo Christus spiritus sancti filius est dicendus, cum nullus dicatur filius seminis á genito & generante specie actualiter differentis, sed patris à quo originem ab eterno, & Matris ex qua ortum in tempore sumpsit.

ἀφορισμοὶ i. Determinationes.

XII

Pium est credere non tamen ideo temere asserendum sanctissimam ac prorsus à labe peccati originalis nedum actualis immunem extitisse eam, quæ ratione unionis hypostaticæ Deum pariter atque hominẽ Iesum Christum erat paritura. Quamobrẽ in Deipara uirgine, macula seu crimen originis non extitit cui proles ante animationem obnoxia esse nequit, quia natura irrationalis non est subiecta peccato. Verum licet beata Virgo fuerit secundum carnis conditionem concepta, fuit tamen, sicut pie asseri potest, non natura sed gratia, per spiritus sanctificationem ab omni culpa atque reatu in ipsa conceptione mundata, uel potius ante lapsum ne inficeretur cum tamen peccabilis esset, præseruata, ex Deo enim qui solus potest facere mundum de immundo conceptum semine, nati sunt, qui non ex sanguinibus, neq; ex uoluntate uiri vel carnis fuerint procreati.

XIII

Nasciturus de muliere Christus, eam sibi præ cæteris benedictam matrem elegit, cuius uoluntas nulli unquam homini erat subiecta, sed Deo tantum, qui eius animam gratia suæ diuinitatis repleuerat; quamuis legis præcepto nubere cogeretur, diuini nanque luminis claritate illustrata Maria, illibandã uirginitatem suam, nisi aliter uideretur Deo dicauit libereque deuouit. Oportuit enim Christi genitricem, ut cælibatus seu uirginitatis ac matrimonii status Deo gratissimus nosceretur uirginem fuisse, ac desponsatam. Virginem quidem non tantum corpore & natura, uerum etiam mente ac uoluntate, ne per commixtionem carnis in ipsa copulatione congii, alium Christus quam Deum patrem haberet, Vn

ἀφορισμοὶ.i.Determinationes.

de Dei dignitas, quoad paternitatem ad alium transferretur, & ne ante partum proles Spiritu Sācto concipienda, & post partum purissimum Dei templum contactu uirilis seminis fœdaretur. Despōsatā uero ne beata uirgo, cuius partus diabolo erat cœlandus, illegitimum infantem peperisse infamiæ suę periculo uideretur iuste ab Herode impio persequendum, & ut Christi genealogia deduceretur à uiro qui tanquam caput mulieris necessitatibus puerperę & nati consulere posset. Matrimonium nanque non consistit in uirginitatis ereptione, sed in testificatione mutui consensus in Dei obsequium, quo fides seruanda promittitur, in copulam sacramenti coniugalem, uel carnis, cum sine sexus utriusque cō mixtione uerissimum matrimonium esse potuerit, non tamen consumatum. Fuit enim in eo sacramentum, fides, proles, & educatio, quę potissimum in cō nubiis requiri nemo ibit inficias.

XIIII

Eua à diabolo per serpentem maximo astu decepta interitum hominibus attulit, Maria uero à Deo per diuinę fortitudinis nuncium salutata, uitam humano generi potulit, Concepit enim saluatorem mundi, & mente & corpore, Vnde opus fuit, ut non tantum intellectuali, uerum etiam corporea uisione diuinę uirtutis paranymphum intueretur, prout in ueteri lege uariis apparitionibus fuerat præmostratum, ut certior fieret quoad modum ingentis huius mysterii, quod sibi fuit sicut et Zacharię à Gabriele Archangelo reuelatum. Quare turbata (quod solet omnibus inopinate atque repente aliquid sentientibus euenire, non secus ac illis quorum exteriora rigent, ac tremunt, cum ca-

lor naturalis ad interiora reducitur) mox consolata præbuit humillima arbitrii sui assensum, requisitum ad prędestinationis ordinem adimplendum, non tanquam causa antecedens, sed ut effectus consequens preordinationem diuinam. Quam ob causam meruit fieri mater Dei beata uirgo, quę inuita nunquam Iesum Christum Deum simul atque hominem genuisset. Verum ignarus Ioseph ingentis huius mysterii, uoluit occulte dimittere suam uxorem indignum se prorsus suo consortio iudicans, admonitus autem in somnis ab Angelo cognouit eam sancto spiritu superueniente concepisse saluatorem mundi. Qua de re lætus libenter retinuit eam in coniugium, cuius nunquam dignitatem, & excellentiam nouit donec peperit filiũ suũ primogenitũ, uel potius vnigenitũ.

XV

Vnica tantũ filiatio, Iesu Christi, triplici habitudine, reali uidelicet, adoptionis & rationis, & duplici generatione ęterna scilicet, ac temporali refertur ad Deum, Ioseph, & Mariam. Proprietates enim naturales multiplicantur in suppositis creatis quę sunt fundamenta relationum, personales autem fortius uniuntur, quoniam unitas siue pluralitas relationum, non est consideranda penes terminos, sed subiectum, Natiuitas enim competit hypostasi tanquam subiecto, naturę uero à qua denominantur tanquã termino, cũ ab eo motus, & mutationes specificentur. Hinc Filius Dei humanę iam ab infantia calamitatis pericula sustinens peregre pergens, describendus á gentibus in Bethlem urbem exiguam, atque in præsepio,

nasci uoluit,regnante Herode,& Cæsare imperante ut præfigurata in patribus ueteris testaméti,ad quos facta fuit de Christo repromissio,uatumque oracula complerentur,& ut ostenderet regnum suum nō esse de hoc mundo, quia non erat ei locus nedum obstetrix in diuersorio.

XVI

Ne diminueretur meritum humanæ redemptionis & fidei, Christi natiuitas propinquis pastoribus ignaris,pauperibus,hebręorum primitias significantibus,per Angelos fuit manifestata. Magis autem ex opposito plenitudinem gentium denotantibus per stellam, quę haud aliter eos in itinere pręcedebat quàm olim hebręos columna nubis uel ignis. Lętati sunt etiam postmodum nato Domino pauci iusti in templo, Simęon uidelicet atque Anna, iudęorum reliquias figurantes, cum sanctissimum hoc mysterium cognouissent. Verum Herodes Rex turbatus est,& omnis hierosolyma cum illo,nec mirum, Aduentu enim iusti,gaudere non possunt iniqui.

XVII

Omnes filii Abrahę iusta institutionem diuinam & legis pręceptum,signaculo circuncisionis erant à cęteris gentibus distinguendi. Quam ob causam uoluit generis humani redemptor,in templo die octauo circuncidendus,pro salute omnium pręsentari, nomenque illud sanctissimum quod est supra omne nomen à Gabriele Archangelo pręmonstratum sibi imponi,atque insuper hostias pauperum à cognatis suis offerri, suamque tandem genitricem, quamuis mundissima semper extiterit,ritu legis purificari. Non enim uenerat Christus soluere legem sed adimplere,ut iustificatio legis in suis membris quos ab

eius maledictione saluaturus erat, spiritualiter impleretur. Vnde iure optimo cum nomina debeant rerum proprietatibus conuenire, uocatum est nomen eius IESVS qui cum ditissimus esset, dominus uidelicet cęli & terrę, omnino egenus factus est, ut illius inopia diuites essemus. Itaque par turturum aut duos pullos columbarum, non sine castitatis, & puritatis mysterio, pro illo, qui uerissima erat hostia, more inopum obtulere parentes. Mater uerò eius ultro purgari uoluit, ut calumnię occasionem à iudęis auferendo, humilitati atque obedientię sui nati conformaretur, sciebat enim quod Deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam.

XVIII

Vt ueritatem assumptę carnis Christus ostenderet, infans adhuc à Ioseph in Aegiptum fuit Angelo reuelante delatus, quo sęuitiam Herodis effugiens, usque ad obitū eius permansit, moxque reuersus sicut eius corpus naturaliter secundū ętatis perfectionē augebatur, ita eius anima, eximie cuiuscunque habitus intellectus & uolūntatis genere fulgēs ita proficiebat apud Deū & homines ut ętatis duodecimū annū attingens, mira sapientia, lepiditatę & gratia, in medio poctorū prudentissime disputaret, ignorantibus hoc suis parentibus qui cū in ciuitate Hierosolymitana, in die festo reliquerant, à quibus inuentus post triduū deductus fuit in ciuitate Nazareth, dein usque ad annū trigesimū, ut suo exēplo reliquos omnes natos instrueret, sponte fuit sēper patri & matri subiectus atque obediens.

XIX

Ioannes Baptista quo nullus inter natos mulierū maior surrexit in spiritu & uirtute Helię Christū

prenuncians, missus fuit à Deo tāquam finis legis & initium euangelii, ut fidelium corda & mentes actu sacramentali sui baptismatis, pœnitentię uirtute purificans, uiam dispositiue Christo pararet, ac testimonium perhiberet delumine. Ita enim proderat in filium Dei credituris baptizando Ioannes sicut ὁ κάθηχισμὸς seu doctrina Christi ante regenerationis lauacrum τοῖς καθηχουμένοις satanę operibus renūciare profitentibus prodest. Confitebantur enim battizandi sua Peccata Ioanni, qui ea non remittebat, sed, Christi clementiam prędicabat, cuius uirtute atque baptismo, cunctorum plena dabatur remissio venia & indulgentia criminum, peccatorum & scęlerum. quam ob causam ioannis baptisma inter baptismata seu ablutiones hebreorum, que ordinem ad munditiam corporalem habebant & inter batismum Christi qui ad spiritus puritatem erat instituendus (quamuis pro pœnarum & laborum dolore ac passione non nunquam accipiatur) medium fuit, cum ritus baptizandi à Deo, effectus autem à Ioanne procederet, à quo denominationem assumpsit. Hinc patet hunc actum nullatenus sacramentum fuisse eo quod sancti spiritus gratiam non conferret, & quoniam sacramenta non à ministris, sed ab authore, seu ab instituente pro gloria Dei sunt appellanda.

XX

In principio suę uitę Christus circuncisionē suscepit ut legem compleret, in lege autem ętatis perfectę baptismum ut euangelium inchoaret. Nulla enim impuritatis labe fuit pollutus quam pro se, sed pro redimendis ecclesiæ suæ membris ablueret. Ideo ut aquas suæ mundissimæ carnis factu sanctifi

caret, atque etiam ut Ioannis testimonium comprobaret renuere noluit lauacrũ pænitentiæ, ne quis à se institutum fugeret baptismum gratiæ. Itaque baptizato Domino, quoad humanitatem uerbo uni tam aperti sunt cœli, apparuit à nemine missus, Pater in nube filium suum illum esse significans super quē spiritus sanctus in specie columbæ pacem sicut in arca Noe, & mansuetudinem denotantis descendit, sanctissimæque Trinitatis omnipotentis uoluntas tum primum humanis mentibus patuit, in mysterio uocis uerbi, & significationis cunctis hominibus imperantis, ut summa charitate Iesu Christo obtemperantes semper adhæreant, & ne ficti ad baptismũ accedant quin potius puri, & simplices sicut carentes felle colũbæ.

XXI.

Vitæ solitudo atque austeritas, quieti orationi, humilitati, contemplationi, & pœnitentiæ plurimum conferens, & per abstinentię uirtutem uoluntariamque pauperiem meritum augens mundique illecebras, libidines & uanitates contemnens, gratissima semper fuit Ioanni qui uerebatur ne leui saltem crimine fædaretur. Christus autem cum impeccabilis esset, tandiu se ab humanæ societatis, & turbarum consuetudine semouebat, quamdiu ieiuniis, & orationibus uacans, humani seu terreni imperii regimen abnuebat. Deinde tanquam pastor perditas oues requirens tanquam medicus delinquentes uisitans ęgrotantes, tanquam magister suos discipulos edocturus, & tanquam Rex seu Dominus captiuos redempturus suos seruos ac milites φέρων τ' ἀπερείσι' ἄποινα καὶ ἀγλαὰ

inter homines uita cõmuni prędicationis, & salutis ipsorũ causa uersabatur, legẽque ita uiuens adunguẽ penitus obseruabat, ut nihil unquã iuxta legis intentionẽ prętermittere uellet quod ad Dei cultũ humanęque salutis necessitatem spectaret.

XXII

Experiri cupies satanas, ut certe sciret nunquid Christus esset Filius Dei, quod per coniecturas tantũ quasdã sibi cognoscere uidebatur, expleto quadragenario ieiunio ipsũ in deserto tentare ausus est sicut olim Adã in horto delitiarũ tentauit quoad materiã cõmunẽ omniũ uitiorũ, uaria tamen suggestione, Christus autẽ non diuinę potestatis uirtute, sed uerbo Dei sacrę uidelicet testimoniis legis humanã protegens fragilitatẽ, ac muniens, suo nos exẽplo admonuit, quomodo uincerentur totius humani generis hostis insidię. Fugiens itaque humanę imbecillitatis protector omnẽ peccandi occasionẽ, in eremo se clã tentari permisit, ut eius tentatio, quæ non potuisset palã uideri à cunctis audita, christicolas omnes per fidẽ instrueret ad cauendas & euitandas diuino auxilio diabolicas fraudes, & laqueos quibus ueluti hamis quibusdã, ad se allicit, incautos delinquentes, in foueã ipsos, seu in puteũ interitus incidere cupiens, Quãobrẽ licet uti necessariis tantũ ad sustentationẽ uitę non sit peccatũ, tentat tamẽ Deũ, & peccat, uictũ & sũptus miraculose, aut aliunde quã oporteat sibi quęrere volens haud secus quã illi, qui cũ inordinate diuitias appetant, atque honores, multa inhonesta & turpia in ipsis adipiscẽdis cõmittunt, & ille insuper infideli deterior est habendus qui sui aut suorũ cura neglecta, seipsũ mundanę solũmodo laudis cupiditate affligit, periculisq; fru-

ſtra exponit. Repreſsit itaq; Chriſtus appetitũ dele ctationis,potentię,ſeu diuitiarũ & glorię, quē diabolus,ingenti & ſubdola calliditate ſuggesſit,ſuaſq; iniurias ęquo animo ferens,ędocuit nos diuini honoris cauſa dimicaturos,aduerſus inimicorũ latentes,uel publicos impetus sũmo zelo pugnare debere dũ tentatorē procul à ſe fugans atque repellens Deũ non tentandũ ſed ſolũ adorandũ,eidēque ſoli viuendũ ſeu ſeruiendũ eſſe reſpondit.

XXIII

Actus charitatis diuinę repromiſsionis iure habent à gratia efficaciã miſericorditer impetrandi, & virtutē iuſte merendi omniũ bonorũ aſſequutionē ſiue mercedē,qua Deus,ſua benignitate, benemeritis hominibus in ſua uinea laborantibus ſe daturũ eſſe pręordinauit. Cũ autē ordo & ratio charitatis exigat ut ante omnia diligatur Deus , deinde propter Deũ etiã proximus,eadē menſura , qua quilibet hominum diligunt ſemetipſos,ideo opus eſt,vt omnes homines ſuam & aliorum omniũ ſalutē pro gloria Dei ſemper & vbique quęrentes,ita proſint ſibi , & aliis Deo viuendo ſicut facile poſſunt ab ipſa charitate excidere variis criminibus, lędentes Deũ , & proximũ ac ſeipſos. Quãobrē Chriſtus vt ſe amarēt homines,ingenti prius amore ipſos prędueniendo dilexit,omnes que pietatis & miſericordię actiones tã quam fidelium caput exercuit modum quendã prę ſcribens, quo fideles ſuę humanitatis exemplo prouocarentur ad imitationem ſuę ſanctiſsimę vitę , & vt etiam opera mēbrorum capiti ſuo conformia, virtutem merēdi acciperent , non vtique à ſeipſis,quorum iuſtitię ſine auxilio gratię gratum facientis inutiliores eſsēt panniculo mēſtruatę,eo quod in pec

catis concepti, in ipsis quoque ut plurimũ fere uiuant, sed a meritis capitis, cuius uirtute & gratia pręueniente concomitante & consequente bona benefacientes, fęlicitatis & uitę ęternę participes esse meremur.

XXIIII.

Nõ indigebat gratia Christus, qua iustificaretur cũ impeccabilis esset, uerũ qua diuinę iustitię, Per charitatis actus satisfaciens, ob remissionẽ pręcedentiũ criminũ, sectatores uestigiorum suorũ iustos efficeret, diuinaque misericordia ob sua bene merita dignos. Quã ob causam sicut sacrę regenerationis nostrę lauationi animas purgandi, cordaque mundandi uirtutẽ suo baptismate contulit, ita ieiunia, orationes, eleemosinas, & alia charitatis, misericordię ac satisfactionis opera, suis ieiuniis orationibus & eleemosinis, quibus esurientes panes multiplicando alebat, & infirmos curabat imperitosque suę salutis causa sanctissimis prædicationibus edocebat, ita sanctificauit, ut mẽbra influxũ seu uirtutẽ à suo capite suscipientia diuinorũ munerũ, suæque salutis fructũ consequi possent.

XXV

Imperio uocis diuinę mundi redẽptor, tẽpore sui baptismatis regnũ super omnes homines est ádeptus, ita ut suis fidelibus, per misericordiã, per fidis autẽ, per iustitiã pręsit. Quã ob rem superatis ac debellatis, tentationibus satanę, prĩcipatũ huiusmũdi per tyranidem occupantis, infirma mundi eligens, ut fortia queque confunderet, uel contunderet, tales suę bonitatis ministros eligere, sũma sibi cognita ratione decreuit, qui humanę condi

ἀφορισμοὶ. i. Determinationes.

conditionis excellentiá nulla pollerent, & qui etiã lætarentur, quod digni habiti essent, pro nomine IESV CHRISTI contumeliam Pati, quos etiam ab actu mittendi, mutato proprio capitis nomine, præ cæteris discipulis, cæli quinariis conrespondentibus communiter apostolos appellauit, Fuerunt autem duodecim, a patriarchis, seu tribubus Israel præfigurati, duodecim portis ac domibus siue signis supernæ ciuitatis cęlestis totidemque sedibus in die iudicii pręsidentes futuri, ut tres in qualibet quatuor plagarum mundi, sanctissimæ trinitatis fidem annunciarent, ac Dei regnum eiecto iam diabolo aduenisse omnibus gentibus prædicarent.

XXVI

Doctrina salutis quæ euangelium seu lex gratiæ nuncupatur, fęlicitatis ęternæ assecutionem proponens, iudæis primum diuinæ repromissionis iure à Dei filio reuelanda erat ac publice pcędicanda, ne ipsum iuste a se repellere uiderentur, deinde gentilibus quibusdam, ita ut non in tabulis lapideis ad posteritatis memoriam scriberetur, sed in tabulis cordis carnalibus suorum discipulorum, qui non solum hębreos uerum etiam cuiuscũque nationis homines uitæ puritate, diuinis monitis, & sacris literis erudire debebant. Cum autem uulgares ignari atque maligni, iniqua suæ mentis infirmitate, noua semper uidere cupientes, atque audire quę Dei sunt se edoceri non sinant, sed plerunque spiritui sancto ręsistant ideo opus erat ut Christus parabolis uteretur eo quod purissimę ueritatis lucem intelligibilẽ intueri non possent. Publice itaque simplicis corrũpentes populi mores, phariseos, legis doctores, scribas, seniores, atque hypocritas ueritatis causa

ipſum odio proſequentes, corripiens arguebat: ut ſe cognoſcentes emendarent, & ne malum publicum priuatę pręferretur utilitati, & ne etiam uariis ſuperſtitionibus, cęci populi ſimul cum ſuis ducibus cęcis in foueam caderent, Secreto autem ſuis apoſtolis diuini ne dum cęleſtis regni myſteria tanquam gētium cuntarum doctoribus declarabat. Noluit tamen aliquid ſcribere Chriſtus ob excellentiā ſuæ doctrinę. quę non litera occidente, ſed ſpiritu uiuificante percipitur, ne ſeipſum laudare uideretur ſi miracula ſua ipſe narraſset, & ne ſibi opponeretur à poſteris quod olim iuris periti obiecerant dicentes tu de te ipso teſtimonium perhibes, teſtimoniū tuū non eſt verū, atque inſuper ut ampliorem ſuę authoritatis maieſtatem oſtenderet, Maiorem nanque indicat ſe poteſtatem habere per alium faciens, quàm qui per ſe ipſum facere uidetur.

XXVII

Vt oſtendat Deus uirtutis ſuæ preſentiam rationalibus creaturis aliquando aſsiſtentem, inſignibus prodigiorum ſignis. quancunque creatam excedentibus poteſtatem, diuinę miſsionis comprobat ueritatem. Nulla enim creatura poteſt diuinę prouidētię ordinem naturalibus rebus inditum immutare, niſi Deus ipſe ſua benignitatę naturę parens aſsiſtat, ſicut olim prophetis atque apoſtolis, admiranda opera uirtute Chriſti facientibus euenit, eo quod ipſius aduentum futurum uel preſens uel pręteritum indicarent. Chriſtus autem cum eſſet unum et idem cum patre in ſe manente ob confirmationem euangelicę doctrinę qua Dei filium ſe eſſe veriſsime aſſerebat, propria poteſtate ac diuinitatis uirtute de illo tantum & non per illū ab alio exeunte, ingentia

ἀφορισμοὶ.i. Determinationes.

miracula & mirabilia opera humanę salutis causa faciebat quę nemo unquam alius fecit, nec sine ipsius auxilio seu gratia ob conuersionem gentium facere potuit. Signa nanque instar obsignatarum epistolarum data sunt infidelibus conuertendis ad fidem, quibus tamen non nunquam fideles simul ac semel confirmari possunt in fide.

XXVIII

Miracula pro gloria deitatis, tantum manifestanda humanæque salutis necessitate fieri debent: Tentat enim Deum qui curiose uel temere ipsius potentia, angelorum que opera uti cupit, qui optime norunt, abditas naturalium rerum uires actiuas applicare passiuis. Conuenit enim diuinæ potentiæ naturam saluare potiusquam corrumpere. Quamobrem Christus suæ deitatis ueritatem demonstraturus, circa spirituales substantias se præbuit admirādum, statuens conspicuos Angelos lucis hominibus apparere, atque ab eisdem uexatis principes tenebrarum imperii sui uerbo expellens atque eiiciens, Cœli etiam tempore sui baptismi patentes, atq; aperti, signa certissima suæ diuinitatis dederūt, dū stella Magis initio suæ uitę apparuit, Sol autem extremo tempore suæ mortis adeo densis tenebris est obductus, ut à sexta hora, usque ad nonā noctis obscuritas diei claritatē abstulerit. Elemēta quoq; diuinę potestati Christi sūt mirabiliter obsequuta, dū terra ipsius obitu mota est, mare antea se calcabile suis pedibus prębuit, aer sedato turbine atq; procellis vētos, ignis uero coruscationes cōtinuit. Cōposita ꝑterca & mixta, sacra atq; prophana testimoniū maiestati Christi eximię prębuerūt, cū uelū templi, & petrę scissę sunt, monumenta aperta, panes,

& pisces multiplicati, ficus aruit, uinum in aquam trāsmutatum fuit, & tandē quidquid uoluit efficiēs mirabiliter Christus sibi datam fuisse in cęlo & ī terra omnē potestatē miraculis innumeris demonstrauit. Sed cū hæc omnia maxima sint, longe tamen maiora iudicanda atq; habenda sunt, quę pro salute hominū circa homines fecit, atq; seipsū. De Virgine nanq; natus, à mortuis que resurgens, in cœlum ascendit, Vnde etiam Apostolis misit spiritū sanctū, ineruditosque idiotas ac rudes repente doctissimos, sapiētissimos quę perfecit, omniūque membrorū languores curauit pro sanitate corporibus conferēdą: mortuos non modo uiuens uerum etiā moriendo uiuificauit, ac tandē impiorū animos sine coactione aliqua iustos efficiens, maius esse opus iustificationis & munus gratiæ quàm creationis, & naturę penitus ostendebat cū in productione creaturarū sine resistentia ulla deitatis potentia nota fiat in iustificatione autē impiorū diuinæ uoluntati aduersantiū, Dei potentia simul, & misericordia cognoscatur, quoniā proprio filio suo non pepercit Deus, sed pro nobis omnibus tradidit illum.

XXIX

Gloria deitatis in anima Christi semper refulgēs quoad claritatē tantū redundauit ad corpus, non quoad reliquas dotes corporis gloriosi, eo potissimū tēpore quo Christus uerissimū se legislatorem, uiuorūque. & mortuorū iudicē, in sua transfiguratione discipulis suis, cū sibi mirabiliter assisterent, Moyses, & Elias, uoluit demonstrare, ut in ore duorū præcipuorū prophetarū, & triū summorum apostolorum uerbū ueritatis consistere potissimum crederetur, Mysteria enim non nisi perfectus (quo

rũ pauci admodũ reperiuntur) sunt reuelanda, ut p ipsos postmodũ ab aliis si oporteat cognoscantur. Hinc iudæis signa petentibus futuræ gloriæ typus instar Ionæ adimplendus promittuntur, cuius tamẽ forma miraculose quibusdã seorsũ apostolis Petro uidelicet & duobus filiis Zebedei ostenditur. Paternæ autẽ uocis testimoniũ & præsentia sancti spiritus in lucida tunc nube apparuit, sicut etiã in baptismo, ut à Christo gratia in uia, & per Christum gloria in patria speraretur. Terruit autẽ pater sua uoce Christũ audiendũ esse præcipiens apostolos quos filius & ipse omnipotens prostratos posteà uoluit consolari, ne suæ mortis colloquio mœrẽtes, resurrectionem suam & glorificationẽ penitus desperarent.

XXX

Ne diuina præsciẽtia falleretur, aut præordinatiò mutaretur, iuxta oracula uatũ, necessitate finis oportuit Christũ turpissima morte, ligno crucis affigi, ut suo innoxio sanguine chirographũ peccati deleret, & ut ænei serpentis instar exaltatus, sua ignominia, nos in gloria quam sibi & nobis meruit exaltaret. Ratio.n. diuinæ bonitatis, non tantũ in clemẽtia culparũ demeritis indulgente, sed in iustitia quoque pœnarum satisfactionẽ exigente consistit. Nã salua iustitia non potest iudex culpã alterius sine pœna dimittere, quãuis benigne ualeat lædentibus proprias iniurias condonare. Cum itaque satanas iniuste in homines sibi imperiũ ob primi congressus uictoriã arrogasset iuste tamen fuit in secundo certamine, non diuinæ potestatis, sed humanæ infirmitatis uirtute, superatus à Christo, qui sponte omniũ dolorũ passiones, uel cruciatus à quolibet ho-

minum statu illatos, in singulis sensibus, & in omnibus totius corporis membris substinuit. Quamuis enim sapiens iudicio rationis posit tristitiam euitare, non tamen dolorem corporeum qui sensu læso percipitur, cuius causa, condoluit Christus nostris miseriis, cum cogitaret summum illud bonũ, quod peccantes amittunt haud secus ac mœreant illi qui sibi carissima perdunt. Attendant itaque omnes homines & uideant, si est dolor similis dolori Christi quem omnes amici dereliquerunt, & defleant causam suæ necis potiusquam mortem ipsam, quam quilibet recte uiuens contennere debet, potiusquã timere, Pręsertim cum oporteat pios christicolas gloriari in cruce Domini Nostri Iesu Christi, per quem victus est Satanas, & mundus illis est crucifixus, vt suo restauratori compatientes, ab eodem tã dem glorificentur, pieque lugentes mundo crucifigantur, adeo ut ipsorum tristitia in ęternum poste a gaudium conuertatur.

XXXI

Sanctorũ omniũ neces ac pasiones, hostiarumq; & uictimarum sacrę litationes atq; oblationes, in ueteri lege oraculis prophetarum pręscriptę sanctissimũ sacrificiũ pasionis Dñi nostri Iesu Christi præfigurabant, uario tñ modo sicut sacra omnia ligna crucem, in qua humana tantũ natura passa est, non tamen diuina qua anima Christi quo ad potentias superiores ita perfruebatur, ut inferiores ratione subiecti una cũ corpore acerrimis cruciatibus plectꝭerentur. Anima.n. Christi sustinuit uiolentã ratione persequentium, & spontaneam ratione sui, separationem a corpore sibi coniuncto, quod contumeliis, carnificibus atq; flagellis pro totius humani

generis redemptione fuit expositum,& inter duos latrones in ara crucis ob nostrorũ peccatorũ expiationem Deo patri oblatum & tanquã supra tribunal exaltatũ ac sublimatum,in quo latro a dextris positus sua confessione habitus est ab æquissimo iudice misericordia dignus. A sinistris autẽ collocatus iustitia suis blasphemiis. Passus est autẽ mediator Dei & hominum tempore meridiano æquinoctii uerni,cum aspectu opposito luminaria se ante diem festum Paschę intuerentur in ætate perfecta, ut qualitatem resurgentium tempore futurã ęstiuo pręnunciaret. Verum sicut tempus idoneum passurus Saluator noster elegit,ita & locum, appropinquante.n.hora pasionis,appropinquauit etiam ob maiorẽ suę humilitatis ostensionem, & improperiorũ cõfusionẽ cęlebri loco mortis,ubi corpora damnatorũ extra Ierusalem supra Caluarię montẽ ingẽti ignominia cruci affigebantur;ibique pro nostra salute tradidit semetipsũ oblationem & hostiã Deo in odorem suauitatis ęternum.

XXXII

Multa sibimet ipsi suo interitu meruit Christus cum esset totius ecclesię caput, & fundamentum, exaltationem uidelicet nominis, resurrectionis gloriam ascensionis sublimitatem glorificationem corporis qua sedet a dextris Dei extremi iudicii nõ modo particularis, sed & uniuersalis authoritatem, & denique rerum omnium potestatem. Multa quoque suis membris mereri uoluit dum passionem seu mortem in fieri sustineret. Principium .n.merendi est ab anima cuius corpus quoad meritorios actus & reliquas actiones est instrumentũ ni si ab eadem fuerit per obitũ separata. Liberati sunt

enim sufficienter omnes homines (si meritum passionis Christi efficaciter sibi applicare decreuerint) à peccato quoad culpam reatum, ac pœnam à potestate diaboli, corpora (Deo iuste permittente) uexãtis, animas quę tentãtis atque torquentis, qui sibi imperium iniuste in homines arrogauerat. Reconciliatum est etiam humanum genus Deo, qui quáuis naturã diligeret, oderat tamen iniquitatẽ ac culpã, qua impediebantur homines ab ingressu cęli, cuius nunc ianua nobis, & aditus morte deuicta, & inferni claustris & septis destructis patet. Resurrectionis quoque, & uitæ æternæ consecutio fuit per Christũ nobis acquisita, gratiæque & glorię tandẽ adeptio assignata. Meritum nanque passionis Christi longe maius fuit, demeritis non tantũ crucifigentium, uerum etiam quorumlibet peccatorum quouis pacto etiam delinquentium.

XXXIII

Vt remoueretur ab hominibus ęternę damnationis pœna conueniens fuit, ut diuinæ iustitiæ, quæ infinita est sicut omnes alię Dei perfectiones aliquis satisfaceret, qui sua immensa bonitate, ingenti uirtute, summaque sapientia, mereri per ęqualitatem iustitię uellet posset ac sciret, humano generi adoptionem, æternę fęlicitatis. Quamobrem Christus ut destrueret eum qui habebat mortis imperium, ut ueritatem assumptę carnis ostenderet, ut spiritualiter mundo morientes, Deo uiueremus, & denique, ut dolorem ac terrorem mortis leniendo sopiret, mortem sustinuit, non ex morbo aliquo, necessario per peccatum, hoc est per immoderatum rerum quarundam usum prouenientem, sed uiolentam potius necem, tanquam innoxio agno illatam pro peccatis

populi ultro subire uoluit, per quam anima utique fuit à corpore separata, non ratione suppositi, quod sicut impeccabile, sic etiam incorruptibile fuit, sed ratione naturę humanę, quę incorrupta etiã quoad corpus permansit. Non enim dissoluta sunt elemẽta ex quibus compactum seu compositum erat sanctissimum illud corpus, ratione diuinitatis tam animę quam corpori inseparabiliter assistentis in unitate suppositi, cuius partes essentiales quamuis separabiles antę obitum, & separatę per mortem erãt diuinitus cõiũgẽdę, ne á deo patre derelictus penitus uideretur, qui se derelictum in cruce clamabat, eo q̃d cum posset, non eriperet eum ex manibus tortorum neque protegeret à sęuitia iudæorum, & quia etiam non exaudiuit deprecantem, ut à se mitissimo immitissimæ passionis calix transiret. quod enim à Deo conceditur sine culpa nunquam reuocatur.

XXXIIII

Corpus christi ad comprobandam, mortis ueritatem more hebręorum, fuit primo aromatibus à putredine pręseruantibus, myrrha uidelicet atq; aloe aliisque unguentis pręciosissimis delinitum, deinde in sindone uel linteis & sudariis, mundissimis inuolutum, postea in monumento nouo, in unica tantũ petra exciso uel excauato, sepultum, quod in horto quodam loco suę sanctissimæ crucis propinquo collocatum, lapisque tandem seu saxum ualde magnum sepulchro fuit appositum. Quarum omniũ rerum nulla mysterio uacat si recte considerentur, Sepultura enim Christi ratione diuinitatis plurimum nobis pro fuit eo quod spes neminem etiã in tumulo deserit existentem, bonus autem aromatum odor famam post obitum, impollutam denotat hone

ſtatis unitas lapidis, duplicitate cor illud caritarum eſſe ſignificat, quod ſumma linteorum munditia ſanctiſsimū Chriſti corpus eſt ſuſcepturū qđ excluſiue uel per synecdochem, aut etiam ſi diurnas tenebras pro nocte, ob admirandam ſolis obſcuritatem libeat computare, ūná cum ſequenti poſtmodum claritate pro die, incluſiue etiam, triduo mortem ſine putrefatione aut reſolutione inpuluere, ſeu incineratione, aut aliqua corruptione ſubſtinuit. Noluit enim virtus Chriſti diuina ſuum corpus tabeſcere ne ſua mors in uoluntaria uideretur, ſeu infirmitati aut neceſsitati naturę aſctiberetur. Quamobrē cadauer illud in alieno & nouo ſepulchro, in quo nondum quiſquam poſitus fuerat ne quis alius ſurrexiſſe à mortuis crederetur, fuit depoſitum, quia inops obitum pro criminibus alienis ſuſtinuit reſurrectionis autem gratiam nobis Chiſtus ſuis meritis acquiſiuit, qui ſumma ſapientia requirit, ut omnia ſibi conuenientia, instar ſepulchri linteorum & lapidis, ſint noua munda & magna ualde.

XXXV.

Virtus ſanctiſſimæ paſsionis Chriſti applicatur uiuentibus per ſacramenta defunctis autem, tempore ſuæ necis per deſcenſum eius ad inferos manifeſtata miruminmodum profuit, Tandiu enim in herebum anima Chriſti permanſit, quamdiu corpus in ſepulchro reconditum iacuit. Nondum enim etiam poſt reſurrectuonem, ad patrem aſcenderat quamuis latroni, eadem die in paradiſo, non utique terreſtri ſeu corporeo, ſed ſpirituali, in quo exiſtunt quicunque diuina gloria perfruuntur, ſecum eſſe futurum certisſime promiſiſſet. Expolians enim principatus tartareos, ac poteſtates,

æreasque portas, & ferreos uectes confringens, solutis doloribus inferni, per præseruationem à pœnas sensus, & liberationem à pœna damni, tanquã rex gloriæ totus ratione diuinæ personæ (cuius immensitatem omnia loca simul sumpta nequeunt continere, quin ipsa potius cuncta sua infinitate comprehendit) sed non totaliter, propter separatas inter se inuicem, non tamen ab ipsa deitate partes, humanitatis, eduxit uinctos de lacu, participes illos æternæ fœlicitatis efficiens, qui summa fide, spe, & charitate, sibi dum uiuerent adhæserunt. Ostendidit autem gloriam omnibus in infernis locis existentibus Christus, damnatis quidẽ animabus ipsius imperium renuentibus ad maiorẽ ipsorum confusionem, sanctis autem ipsius regnũ expectantibus, ob ingentem illorum consolationẽ atque salutem.

XXXVI

Inferorum loca inquibus tenebræ sunt semper exteriores ac fletus, & stridor dentium adaliquid dicuntur. Quam ob causam sicut se habet abyssus ad superficiem maris, ita infernus uasta uidelicet, ac profunda uorago diuersis receptaculis animarum distincta, ad superficiem terræ. quo anima Christi se post obitum contulit, primo quidem, ut in nomine Iesu omnium genua flecterentur cœlestium, terrestrium, & infernorum, deinde uero, ut re ipsa atque perfecte illos bearet, qui spe in limbo patrum seu in sinum Abrahæ consistentes beatitudinem expectabant. Post modum autem ut multos à purgatorii pœnis eriperet, qui dum uiuerent tanquam infirma ac debilia membra, non tamen arida seu adeo tabida ut essent penitus

ἀφορισμοὶ.i. Determinationes.

abſcindenda, capiti ſuo ita erant coniuncta, ut poſt purgationis amaritudinem, charitatis atque ſalutis fructum in integrum reſtituta percipere poſſent.

XXXVII

Non ſolum uoluit Chriſtus ſua paſsione prodeſſe fidelibus per remotionem malorum, uerum etiã ut ubi abundauit delictum, intenſius quoque ſuper abbundaret & gratia, per retributionem bonorum ſua reſurrectione triumphans ſtatuit pios homines in ſuum regnum transferre, ut mundo morientes ſibi perpetuo ac patri ſanctoque ſpiritui uiuerent. Mortuus eſt enim ratione humanitatis propter delicta noſtra, & reſurrexit uirtute diuinitatis propter iuſtificationem noſtram, ut nobis reſurgendum eſſe beneficio ipſius ſperemus. Fuit enim humanitatis fides per obitum, diuinitatis autem per gratiam reſurrectionis manifeſtata, Gratia nanque eſt diſpoſitio ad gloriam, ad quam capeſſendam, non anima (cũ ſit immortalis) ſed corruptibile corpus (ſi uim naturę tantum conſideres) ſuæ priſtinæ formæ diuinitus fuit cõiunctum, Reſurrectio enim eſt partium ſeparatarum reiterata unio, per quam menbra Chriſti nutu diuino ſuo capiti erunt conformia, non tantum quo ad humanitatis naturam, uerum etiam quo ad diuine uirtutis non quidem totalitatem ſed ſibi ſufficientem participationem. Virtute nanque propria deitatis, quæ communis eſt etiam uniuerſę ſanctiſsimę Trinitati, Chriſtus primitię mortuorum ſurrexit, cum tamen moriendo multos morte deuicta, mortis ſuę meritis & gratia ſuſcitaſſet.

XXXVIII

Humanitas Chriſti tempore paſsionis uſque ad

obitum humiliata meruit resurgendo, usque ad glorificationem sui met uerissimi corporis exaltari. Nam cum nunquam cecidisset à iustitia per peccatum, cecidit tamē à uita per mortem, à qua propria uirtute ita resurgere uoluit, ut ipsius corpus in naturam prorsus spiritualem conuerteretur, adeo ut ad imperium uoluntatis, instar Angelorum, quocũque collibuisset loco, qualiscunque conspicuus seu inuisibilis apparet pro ut pertinet ad dotes, seu uires, in corpus gloriosum, uirtute diuina ab anima redundantes. Fuit enim corpus Christi post resurrectionem, eiusdem naturę, quod demonstrauit palpabilem se prębendo, & cum ianuis clausis ad suos discipulos introiuit, alterius glorię, hoc est non ulterius passibile sed spirituale, cuius exemplo reformabitur corpus humilitatis nostrę configuratum corpori claritatis suę. Nam resurrectio Christi fuit exemplar resuscitationis nostrę, per quam corpus nostrum seminatum animale, in ignobilitate atque infirmitate, resuscitabitur spirituale in gloria, atq; uirtute ad similitudinem Christi, qui idem numero corpus resumpsit in resurrectione ad uitam immortalem, quod antea in conceptione assumpserat ad uitã mortalé. Verum cicatrices tanquã insignia sui triumphi, ob maioré scilicet cumulum glorię uoluit retinere, ut in eius corpore stigmatum pulchritudo fulgeret, qua fidem in suorum discipulorum cordibus confirmaret, & ut placaturus diuinæ iustitię seueritatem uulnera suę humanitatis Deo ultionũ ostendat ad maiorem infidelium se & sua membra perpetuo persequentium ignominiam siue confusionem, & deniq; ut in extremi iudicii examine, uerissimum iudicem semper uiuentium ac morientiũ

se esse demonstret. Talis enim inthrono ac sede maiestatis suæ in gloria cum Angelis suis ueniet ad iudicandum omnes homines Christus, ante suum soli um astantes regium ue tribunal, qualis uidentibus apostolis ascendit in cęlum.

XXXIX

Testimonio Angelorum, scripturarum, & miraculorum, mirabilium uidelicet apparitionum atque signorum usus est ad indicandam suæ resurrectionis ueritatem mirifice Christus, mulieribus primo ipsum ingenti deuotione quęrentibus cum aromatibus ante lucē se resurrexisse ostendens vt discipulis ab eo recedentibus maximum hoc mysterium enarrarent. Licet enim nefas sit mulieres publicè in ecclesiis (nisi forte ex priuilegio) prędicare ne uirorum capita uideantur, actus tamen charitatis ita omnibus hominibus sunt communes, ut priuate ipsis quoque liceat, cunctis suis domesticis, & amicis ueritatē familiariter atq; humiliter indicare. Vt igitur mortis ęternę destructor, triumphi sui gloriā demōstraret, ostendere uoluit quod quędā sciuntur communi lege naturæ (quoniā ad uisionē beatā nō peruenitur nisi per auditum fidei) quędā aūt speciali munere gratię. Humanitas .n. Christi, per passionē omnibus nota erat, diuinitas uero per resurrectionē, nō nisi sūmę pietatis affectu saluatorē suū quęrētibus atq; amātibus Angelorū ministerio reuelatur. Vnde sicut muliebris sexus, suo & cūctorū uirorum detrimēto, lignū lethalis sciētię mali, in paradiso cōtra pręceptū diuinū primo gustauit, ita, fœmineum genus ob suam & omniū saluandorū salutē, in horto ubi cōditę fuerant totius mundi delitiæ, secūdū pręordinationē diuinitatis, lignū sciētię boni pri-

mũ uidelicet vitę perennis fructũ percepit, imperátibusque diuinę uirtutis nuntiis resurrexisse Dominum, in priuatis ędibus nuntiauit, sanctis apostolis, tanquam testibus à Deò pręordinatis, ut publice postmodum in omnem terram sonus prædicationis eorum exiret, quo omnes gentes, diuinorũ mysteriorũ, & suę salutis certiores fieri possent.

XXXX

Cum deliramenta sanctis Dñi nostri Iesu Christi discipulis uerba mulierũ uiderẽtur, statuit, ad ueritaté fidei cóprobãdã, pręcipuã sui corporis claritaté ostendere, multisq; τεκμηρίοις & sacrę scripturæ testimoniis, seu argumẽtis rei dubiæ, certissimã ex uisibilibus signis fidé facientibus demonstrare, sed quia fides non habet meritum ubi humana ratio præbet experimẽtũ, ideo uariis diuersarũ apparitionũ imaginibus seu figuris & formis, uoluit apparere, ne ad usũ corporeũ uitę cómunis, reuixisse, sed uere resurrexisse a mortuis uideretur. Quáuis.n.aliquádo cũ suis apostolis comedisse legatur hoc, ideo factũ est ut indicaret, qđ nó potestas comedẽdi, sed egestas à suscitatis corporibus auferetur. Nó fallebat aũt, suos fideles Xps, sibi dissimiles effigies speciesq; effigẽs, Talis.n.apparebat illi ĩ corpore qualẽ sciebat se esse apud eos ĩ mẽte, cũ ipsorũ oculi ab incredulitate & duritia cordis tenerẽtur ne ipsũ agnoscerent. Fictio enim figuram & similitudinem continens ueritatis, nec falsa est nec fallax, si quid boni significet, unde ueritatem quispiam doceatur qua ideo utendum est, quoniam Anmalis homo, nó nisi diuina gratia illustratus. uix à posteriori, & & per parabolas quasdam percipit ea quæ sunt spiritus Dei! Inuisibilia.n.ipsius à creatura mundi, per ea quę uariis allegoriis sacras literas enucleantibus

facta sunt intellecta ab hominibus mẽte prędítis cõspiciũtur & tanquã in ęnigmate tantũmodo cognoscuntur.

XLI

Verbi diuini uirtus, quę operatur secundũ liberã & inmutabilẽ uoluntatẽ sua optima dispositione nobis tamen abdita statuit, nos fore conformes Christo patienti primũ & postea morienti ut tandẽ peruenimus ad similitudinẽ resurrectionis ipsius Iustitia enim Dei cui Christus moriendo sattsfacere voluit causa fuit qua & sibi & nobis resurrectionẽ promeruit, vt corpora simul cũ animabus glorificẽtur uel puniantur, pro ut sibi inuicẽ viuendo communicauerunt, in merito vel demerito. Nam quãuis Christus post resurrectionẽ suã non esset in statu merendi, eo quod peruenisset ad terminum, & nõ deberet ãplius inter uiatores connumerari tamen omnia quę fecit uel passus est uirtute diuina nobis salutaria valde fuerunt. Principium nanque viuificationis est verbum Dei penes quẽ est fons uitę. Primũ autẽ cuiuslibet, generis est causa omniũ conueniẽtium in illo genere, sicut ignis omniũ calidorũ, in quo natura uel diuinitas, uelut in propinquiori, & aptiori subiecto plenius & perfectius operatur: Anima.n. renouatur, resurgit, atque beatur per diuinę bonitatis participationem, per quam, a culpa redempti a pœna liberati, à reatu absoluti, per uitę nouitatem Christum induentes à casu peccati resurgimus ad iustitiam, ita ut mortui quidem simus peccato uiuentes autem Deo, per Christum Dominum nostrum.

XLII

Deus humanã naturam sic exaltauit in Christo, ut ipsum

ut ipsum constitueret, supra omnem principatum & potestatem, & uirtutem, & supra omne nomen, quod nominatur, non solum in hoc sæculo, sed etiam in futuro, tribuens ei rerum omnium potestatē Humanitas enim ipsius cui non amplius terrena & naturalis sed cęlestis & super naturalis uirtus prędominabatur, ratione glorificationis, & diuinitatis unitæ ascendit in cœlum, & eleuata est supra omnē creaturam, etiam spiritualem, loco & dignitate, & non consistit in celo tanquam in continente, sed supra cœlos tanquam omnia continens. Sublata enim & assūpta fuit à discipulis pręsentia corporis Christi a lucida nube suscepti non tamen Pręsentia diuinitatis eius quę sua infinitate mundum continet uniuersum, ubique diuinitatis suę virtutem diffundēs, cuius causa pollicitus est suis sectatoribus usque ad consumationem sęculi cum illis semper se esse futurum quamdiu uiuerent hac vita mortali, vt suæ vocationis, seu ministerii cursum complerent. Vt igitur ostenderet sanctis Apostolis Christus corpus spiritui subiectum posse ascendere sicut idem spiritus corpori subiectum semper descendit, quodque locus ratione corporei spiritualis ue cōtactus, proportionari debet locato, & quòd etiam sublimiori corpori debetur locus superior, cœlum videlicet quod est incorruptibilium locus, virtute diuinæ naturæ semper vbique pręsentis secundum conditionem humanitatis ascendit, & supra sydera exaltatus captiuam captiuitatem daturus inde dona hominibus secum deduxit. Voluit enim locum ipsis, & sua sequentibus vestigia præparare, vt interim hanc vitam degentes, in eum semper sperarent, qui omnium re vera thesaurus esse deberet, ut que sursum

ἀφορισμοὶ.i.Determinationes.

sunt quęrentes, diuina et celestia saperent, & cor suum ac mentem, à terrenis & corruptioni obnoxiis rebus semper auerterent, quo facilius diuinę bonitatis, participes fieri per gratiam possent, sicut & p naturam seu per formam. per quam unumquodque participat esse diuinum.

XLIII

Dextra & sinistra sunt differentiæ corporalium potentiarum, quæ Deo non nisi methaphorice competunt, quatenus misericordiam denotant, & iustitiam suam cum omnibus uirtutibus seu perfectionibus ad eas pertinentibus quoad statum vitæ pręsentis seu futuræ. Vnde christus non tantum loco exaltatus est supra omnes cęlos, verum etiam vt adimpleret omnia sedet in ęterna beatiudine per eiusdem potestatis ęqualitatē à dextris Dei patris omnipotētis sęmper viuens ad interpellandum pro nobis, cū ipse purgationem peccatorum faciens, uerissima sit propitiatio tanquam iuge sacrificium pro criminibus & flagitiis nostris. Sedet itaque sempiterna trāquillitate fruens, atque quiete iudicaturus omnes gentes Christus, habens infinitæ penitus beatitudinis plenitudinem. Non nunquam tamen etiam stare dicitur, ut puta cum potentia suę dexteræ, atque uirtute protegendi sunt illum sequentes à sæuitia suorum hostium, aut eripiendi ex manibus peccatorum, ita ut omnes electi eum intuentes uere dicere posfint Delectationes in dextera tua usque in finem significat enim dextera domini dignitatem, gloriam & honorem beatitudinem, ęternitatem, clementiam oblectationem, fruitionem, iudicii potestatem, mūdi regnum, creaturarum omnium subiectionem, & tandem diuinæ uirtutis potentiam, quæ ita æquali

ter communis est Christo sicut etiam Patri & spiritui sancto.

XLIIII

Iudicandi potestas, licet communis sit uniuersę sanctissimę Trinitati, tamen ratione sapientiæ appropriatur Filio, cui Pater omne iudicium dedit, constituens eum Regem omnium Angelorum, & iudicem uirorum & mortuorum. Ad iudicium nanque requiritur, regia dignitas, potestas subditos coercendi, iudicandorum subiectio, animi quies, iustitiæ zelus, sapientia ueritatem comprehendens, cordium occulta cognoscens, & bonum à non bono siue malo discernens, quæ Christo etiam ratione humanitatis, nedum diuinitatis conueniunt, cum dicat diuus Ioannes. Potestatem dedit ei, summus uidelicet pater, iudicium faciendi, quia filius hominis est, atque insuper totius ecclesiæ caput, mediator, Dei & hominum tanquam pontifex summus qui cō pati potest infirmitatibus nostris, ut adeamus cum fiducia ad thronum gratiæ eius. Tempore nanque secundi aduentus, ueniet iuste iudicaturus omnes Angelos atq; homines Christus, qui tempore primi uenerat iudicandus, constituetque suos apostolos super sedes duodecim, ut non tantum duodecim tribus filiorum Israel iudicent uerum etiam ipsos angelos, cum dicat diuus Paulus, An nescitis quoniã angelos iudicabimus, quanto magis sęcularia? Quare mundi restaurator, non tantum in iudicio particulari singulas animas à corpore migrantes iustissime iudicabit, uerum etiam tempore iudicii uniuersalis cum uenerit in sede maiestatis suæ, regnum penitus atque omnino satanæ destructurus, omnes gē tes cum animabus & corporibus simul, omnemque

ἀφορισμοὶ.i.Determinationes.

mentis compotem creaturam,sua immutabili, iustissimaque sententia iudicando statuet, sanctis quidẽ hominibus diuina fælicitate cum Angelis semper esse fruendum,cunctosque impios,una cum diabolis, ęternis inferni cruciatibus, suis demeritis esse plectendos.

XLV

Si motus animæ seu intentio Deum suppliciter exorantis tenderet in imaginem tantum & in illud imaginatum,cui gratia diuinitatis nunquam fuisset adiuncta, nulla penitus ueneratione coli deberet simulacrum aliquod aut deceret honorari. Honor .n.est exhibitio reuerentiæ,ob excellentiam & testimonium alicuius dignitatis, scientię, seu uirtutis, qui creaturę insensibili non debetur, nisi per aliud hoc est propter naturam rationalem representatam cui per se & proprie conuenit. Semper enim propter quod unum quodque tale est & ilud magis. Quam ob causam soli Deo semper latrię honor, & gloria supplicatioque debetur & Christo tanquam authori,salutis omniũq; bonorum, ratione diuinitatis humanitati in supposito eodem unitæ. Sanctis uerò angelis atque hominibus in verbo cuncta uidentibus dulię laus, & obsecratio nostrę intercessionis causa competit. Sanctorum autem memoriis seu reliquiis dulię ueneratio congruit. At imaginibus istorum similitudinem representantibus, conueniens suo imaginato siue rei sibi decenti figura expressę reuerentia est exhibenda. Nam si Deus ipse honorat corpora & non nunquam etiam imagines, memoriasque sanctorum, miraculis, cur negabit aliquis sanctos tanquam spiritus sancti templa, & Christi membra,nostrosque ĩtercessores,Deique

miniſtros, ac filios adoptiuos,, eſſe aliqua uenerati-one colendos? Quis nam honorat filium qui non ueneretur & patrem? Honor ſeruorum nonne redundat in laudem Domini? Sed & triumphantes uictores, nonne ĩ ſuis inſignibus, ĩmaginibus, ſtatuis, tropheis, numismatibus, & reliquis etiam ſtemmatibus ad poſteritatis memoriam uenerantur? Quis enim quantalibet eruditione ac peritia clarus ſcire ac ſibi ipſi perſuadere poſſet quonampacto, homines cruci affigi apud antiquos ſolerent, niſi hoc ipſum, in imperitorum libris ſacris uidelicet imaginibus perlegiſſet? Cuinam cognitum eſſe poſſet, quid nam ſit ſignum filij hominis quod apparebit in cœlo cum dominus ad iudicandum uenerit, crux ſcilicet ipſa & reliqua Chriſti patibula, ſi ipſorum nunquam ſimilitudinem conſpexiſſet? Intellectio enim quę potiſsimum cum eleuatione mentis in oratione requiritur, non fit ſine phantaſmate, Intelligibilia quoque ob mentis humanę imbecillitatem non niſi ex ſenſibilibus cognoſcuntur. Fides enim fit ex auditu qui ſenſus diſciplinæ uocatur, ſiquidem oportet addiſcentem credere, & ad Deum etiam accedentem. Exiſtiment itaque omnes chriſtianę pietatis cultores, Deum non modo in ſe & ſanctis ſuis uerum etiam in omnibus creaturis, diuinę maieſtatis ſimilitudinem, quocunque modo exprimentibus ſemper eſſe colendum (dummodo ſimulacrorũ & idolorum cultus tollatur) ne maiorem honorem deferre uideantur numismatibus, coloſsis & alijs inſignibus Regum, quam Chriſto, qui eſt rex regum, & dominus dominantium, & ita honorificent in unitate ſancti ſpiritus filium Dei propter ſuam ſalutem ſicut uenerantur & patrem.

ἀφορισμοὶ i Determinationes.

XLVI

Poterat quęlibet sanctissimæ Trinitatis persona quin etiam ipse Christus humanitatem suam ex manibus iudæorum uiolenter nitentium inferre sibi necem, eripere, ac prorsus ab omni lęsione protegere, aut saltem pręscius ab hostibus suis effugiés mortis discrimen euadere. Verum ne humanæ redemptionis mysterium impediretur, culpaque immensa, sine condigna pœna (licet iniuste pro sontibus innocenti illata) dimitteretur, noluit ordinem æternæ præordinationis immutari. Sed potius propter nimiam charitatem, non ex iniquitate aliqua uim inferente sicut iudæi reliquit eum ultro diuinæ iustitię satisfacere cupientem summus Pater in manibus peccatorum, & potestati persequentium tradidit, ut sua obedientia humanum genus Deo conciliaret. Sicut enim per inobedientiam Adæ peccatores cõstituti sunt multi, ita per Christi obedientiam, Deo cunctis holocaustis acceptiorem, multi fuerunt iustificati. Cuncta enim legis pręcepta Christus pro nobis patiendo impleuit. Vnde etiam dixit Consumatum est, Adæ uidelicet peccatum, Diaboli regnum, inferni robur, mortis imperium, diuinæ uoluntatis mandatum, peccati chirographum, debitũ ex criminum demeritis contractum, & omne tandé legis pręceptum, morale quidem per charitatem, cęremoniale uero per sanctissimum sui corporis sacrificium, iudiciale autem per uoluntariam Filii Dei satisfactionem. Quamuis .n. pręceptum, imponat necessitatem, obedientia tamen, ut meritoria sit, haud inuitam exigit uoluntatem.

XLVII

Pasio Christi ex parte persequentium ingens ma

leficium ex parte uero ipsius sponte illatos uiolenter cruciatus sustinentis, solemne sacrificium fuit, atque hostia salutaris, pro peccatis totius mundi, que operata est salutem omnium hominum, Deo p charitatem filii sui adhęrentium, virtute deitatis in ipsius supposito indiuisibiliter consistentis, per modum meriti, satisfactionis, efficientiæ, sacrificii atque redemptionis. Quamuis enim homines ratione naturæ fuerint semper Deo subiecti tamen ratione culpę, suorumque flagitiorum demeritis, exciderunt à caritate Dei, à quo suis scęleribus defecerũt diuinaque iustitia sic exigente, seruituti peccati ita addicti fuerunt, ut cum fecissent quæ non debebãt paterentur que nollent. Itaque à Deo auersi traditi sunt satanę tanquam tortori corporum & carnifici animarum, in ignem æternum tanquam in teterrimum carcerem detrudendi, ac morte perpetua cruciandi, cum debitum chirographo peccati contractum persoluere non valerent. Verum diuina postea misericordia factum est, ut virtute spiritualis contactus ratione diuinitatis vbique spiritualiter cõsistentis omnes actiones Christi & passiones operentur nostram salutem cum infinitę virtutis ac penitus idem sit offerens, oblatum, atque oblatio.

XLVIII.

Varijs rerum diuina institutione sacrarum signis ostendere voluit Deus omnipotens, iuxta diuersitatem statuum, quonam pacto, per distintionem sacramentorum, homines, ob suam clementiam per ministerium sacerdotum essent sanctificandi, hinc multis modis, olim sine sui mutatione, loquens patribus in prophetis, sacramenta veteris testamenti instituens, nouissime apostolis locuutus est in filio

quem constituit heredem uniuersorum, per quem fecit & secula, ipsum in omnibus audiendum esse pręcipiens, qui cum sit sapientia Dei optime nouit quid nam potissimum, humanę saluti conueniat. Cum autem luci adueniențі cedat vmbra & suo figurato figura, cunque post Christi aduentum, alius longeque prę stantior fuerit status humanę conditionis, quam ante, opus fuit ut salubriora quoque sacramenta tanquam misericordiæ instrumenta diuinæ, instituerentur à Christo, qui congruos quoque ministros, ecclesiæ quam acquisiuit sanguine suo præfecit, sciens nauim quamlibet, prę sertim fluctu antè sine optimo gubernatore peritisque nautis periclitari. Vnde dans illis suo sanctissimo spiritu authoritatem dimittendi uel retinendi peccata, iussit vt ubique sanctissimę ueritatis euangelium nunciarent, quo diuinę gratię per charitatem Christi omnes homines participes esse possent.

XLIX.

Ne sine visibili capite, uisibilia militantis ecclesię membra relinquerentur, antequam ascenderet supra cęlos, statuit sua omnipotentia Christus eum pre cęteris apostolis sui gerere uices, qui maiori charitate ipsum veneraretur & coleret (cui enim minus dimittitur minus diligit) eidem que præcepit ut suscepta pecudum cura, pro gloria Dei pasceret oues & agnos, qui mox ubi summus pontifex Christus eleuatus est ut completo prę sentis uitæ certamine, sederet à dextris uirtutis Dei, sumens pontificatus authoritatem, premissa humana sanctorum discipulorum electione, adiectis, que sortibus quę à Domino temperantur, demum prolata humili supplicationе Diuum Mathiam sacro duo denario sanctorũ

apoſtolorum numero, locum ſordidisſimi Iudę ſupplens aſcripſit. ac non multo poſt primatus ſui unà cum ſocijs authoritate per gratiam ſancti ſpiritus confirmata, tria milia fere hominum, loquensq́; pro concione ſilentibus cęteris conuertit ad fidem. Deinde in porticu Salomonis, in ſecunda concione, poſt collatam claudo à natiuitate ſanitatem quinque milia, Poſtmodum ſumma conſtantia cum prícipibus ſacerdotum diſſeruit, indicans ſalutem, eſſe in nomine Ieſu Chriſti nazareni ſolummodo cõſequendã primusque non ſine primatus ſui myſterio, poſt Chriſtum gentibus centurioni uidelicet ſuisque familiaribus abrogatis diuino monitu cęremonialibus legis preceptis, ueritatem beneditionis euangelicę nunciauit, ac tandem ut ſibi datam plenariam, non tantum ſoluendi uerum etiam alligandi, poteſtatem oſtenderet, Ananiam & coniugem ſuam Saphyram mendacij arguens, mortis pœna mulctauit. Quam plurimis quoque muneribus àliis ita decoratus fuit à Chriſto, ut iuſte cum Anania & Saphyra plecti mereatur, quicunque mẽdacii Chriſtum arguere pręſumpſerit, aſſerens claues regni cęlorum Petro promiſſas nunquam datas fuiſſe ſiue commiſſas.

L

Completo iobilei, ſeu remiſsionis peccatorum tempore, in ueteri lege, à partibus pręſignato, cum iam Chriſtus aſcendiſſet in cælum, ne ſui diſcipuli tanquam orphani, & ſine patrono męſti clientes diripiendi à ſatana, delererentur, uiſum eſt ſummę diuinitati, ut ſicut, pro redemptione humani generis miſſum fuit uiſibiliter inuiſibile uerbum æterni Patris tanquam nuncius ciuitatis cęleſtis ad reconcili

ἀφορισμοὶ.i.Determinationes.

andos homines terrenam urbem, instar exulum in-colentes, ita mitteretur quoque spiritus sanctus, tã quam charissimum donum, precipuumque pignus, (cum sit amor) amoris, ad sanctificandas per inde ficientem charitatem, animas & corda illorum disci pulorum, quorum opera uti uoluit Christus ut annuntiarentur inter gentes, mirabilia opera eius, ut uirtute spiritus sanctificãtis emundati ab omni labe, diuinaque scientia edocti, diuinis omnibus gratiis & muneribus abundarent, quibus Dei ministri & dispensatores mysteriorum Dei, diuini verbi eloquia cunctis gentibus predicantes, essent recipiendi, tanquam euangelice ueritatis fidissimi testes, à Deo electi, ut eorum predicatione, omnis lingua Deo onfiteretur, Christique imitationem profiteretur, cui laus, honor, gloria, benedictio, & actio gratiarum, ubique ac in æternum. Amen.

προβλήματα.i.Obiectiones.

I

Cur Deus fecit hominem peccabilem?

An quia liberam illi contulit uoluntatem, qua posset eligere contraria, sicuti corpora motibus agitantur contrariis?

An quia impeccabilitas, ita conuenit Deo per naturam, ut sicut creatura fieri non potest creator, ita nec impeccabilis?

An quia actiones hominum siue humane, non essét meritoriæ nisi liberæ?

An quia non est coronandus, nisi qui legitime certando uictoriam adipiscitur?

An ut cognita suarum uirium imbecillitate, ac sen-

ſualitatis reluctatione, auxilium à ſuo conditore aduerſus tantam multitudinem peccatorum ſempea obnixe quærere conaretur?

An ne ſe ſe extolleret, ob ſuam puritatem, ſiue naturalem munditiam, ſicut extolli quiſpiam poſſet magnitudine reuelationum?

An quia ex uiribus & potentiis, ſeu portionibus ſuperioribus & infimis, compoſitum hominem eſſe decebat, ut partim quidem cum corruptibilibus, partim uero cum rebus conueniret æternis?

An ut ad decorem uniuerſi produceret aliquã creaturam quæ poſſet bene uel male, ſeu indifferenter exercere cuiuſcunque generis actiones, hoc eſt naturales, artificiales, uitales, animales, morales, ſacras, prophanas, corporeas, ſpirituales, meritorias, & etiam aliquo pacto diuinas?

An ut oſtenderet potentiam ac ſapientiam ſuam bona ex malis eliciendo?

An ut conſtitutus in medio bonorum Angelorum, & malorum, per naturam cadere ſe poſſe cognoſceret, & per gratiam reſurgere à peccato?

An ut uoluntas humana bonum cuiuſcunque rationis ita appeteret, ut nullo prorſus pacto creatam oblectationem, & utilitatem, increatæ præferret?

An ut aduerſus ſatanam callidiſsimum hoſtem pro gloria Ieſu Chriſti libere dimicando pugnaret? Dicebat .n. ſumma ueritas, Qui non eſt mecum contra me eſt. Sed

II

Si ſciebat Deus hominem à ſatana ſuperandũ, & per inobedientiam ſuę ſaluti, uel potius ſaluatori repugnaturum, cur eundem tentari permiſit?

προβλήματα. i. Obiectiones.

An ut ostenderetur in illa pugna iniquitas & malitia satanæ, qui cum non posset aduersus creatoré maligne statuit contra omnes mēte preditas creaturas insurgere?

An quia Deus res omnes ita moderatur & regit, ut eas naturales, & proprios cursus agere sinat?

An quia noluit rationales creaturas sui arbitrii libertate priuare?

An ut Deus ab hominibus laudaretur non modo ratione creationis, uerum etiam propter redemptionem?

An ut homo pugnando uictoriam assequeretur?

An quia noluit impedire diabolum ne tentaret hominem quem uincere non poterat nisi uolentem?

An ut experimento quodam bellico uirtus condiditionis probaretur humanę?

An ut meritum acquireret, ex illo prælio si uicisset, ac punitionem, si tentanti præbuisset assensum?

An ut homines seipsos cognoscerent? Vexatio .n. dat intellectum.

An ut uictoria diabolicæ fraudis confusus, erudiretur quo nam pacto in posterum sibi cauere deberet?

Au ut suo exemplo posteri deterrerentur ac docerentur, ne satanę uerbis obtemperarent?

An quia satanas, qui in primo congressu uicerat Adam terrenum & hominem animalem, in secundo certamine uincendus, & unciendus erat à Christo spirituali homine atque cælesti Filio Dei qui humanam naturam assumptam, ideo sibi uniuit ut humanum genus ex diaboli seruitute,

seu captiuitate redimeret? Sed

III

Cur uoluit Filius Dei assumere uel sibi unire potius humanam naturam quam Angelicam?

An quia diabolus ex propria malitia peccauit, homo autem diabolica fraude deceptus?

An quia homo per impotentiam & ignorantiā peccauit in patrem & filium, satanas autem per malitiam in spiritum sanctum?

An quia nisi Christus incarnatus fuisset nullus hominum felicitatis finem optatum cōsequi potuisset, cum tamen Angeli lucis proportione dupla excedant Angelos tenebrarum?

An ut spiritualem sui naturam omnibus rationalibus creaturis communicaret; ita ut homines quoque summę diuinitatis participes esse possent?

An quia nulla creatura erat satana fortior quę posset humanum genus ex manibus ipsius eripere?

An quia satanas semper duplicitate suæ malitiæ purissimæ ueritatis lucem nititur impugnare homines autem ueritatis intelligentiam plerunque requirunt? Omnes enim natura scire desiderant.

An quia sicut nulla est conuenientia lucis ad tenebras, ita nec Christi ad belial?

An ut adimpleretur diuina uoluntas, quę ab ęterno statuit, hominem redimendum, & satanam æternitate suę malitię cruciandum?

An quia homines cum fomite peccant ratione peccati originalis ex traduce per naturam infectam contracti, satanas autem propria uoluntate sine aliqua naturali inclinatione?

An quia Angeli cum sint actus puri, immobiliter adhærent obiectis appręhensis, homines autem pro-

pter potentiam sibi naturaliter inditam, seu propter corporis molem & grauitatem mobiliter?
An quia peccatum tanto est maius quanto minorem habet causam siue occasionem delinquendi qui peccat?
An quia homines in nunc temporis uariabilis peccant, demones autem in instanti æternitatis, quæ licet sit participata est tamen inuariabilis, atque ita fit ut casus Angeli fuerit irreparabilis lapsus autem hominis reparabilis, Qui enim ceciderit super lapidem angularem Christum uidelicet a Deo quidem electum, a demonibus autem & improbis hominibus reprobatum, reparabiliter confringetur, super quem uero ceciderit irremissibiliter conteret eum, presertim cum dictum fuerit a deo serpenti in paradiso, inimicitias ponam interte, & mulierem & inter semen tuum & semen illius, ipsum conteret caput tuum & tu insidiaberis calcaneo eius. Sed

IIII

Quod nam fuit satanæ tam ingens peccatum?
An crimen perduellionis, & lęsæ maiestatis?
An superbia, qua similis esse altissimo cupiebat?
An inuidia cuius causa mors introiuit in orbem terrarum?
An homicidium ab initio statutum, seu astutia, qua homo post in tempore deceptus fuit morti obnoxius?
An mendacium quo abinitio suasit tertiæ parti Angelorum se esse Deo similem, uel fore æqualem?
An reiectio diuinæ gratię qua Deus instar solis uniuersas & singulas partes mundi intellectualis il-

luminat, nisi obicem ponant? beneficia enim benemeritis conferenda nunquàm conferri possũt inuitis.

An desiderium imperandi contra uoluntatem diuinam omnibus creaturis aut saltem corporeis?

An cupiditas propriæ excellentiæ, qua Deo semper auersus frustra conatur auferre gloriam & honorem, quem illi potius semper deferre deberet?

An Dei contemptus & sui nimius amor, quo cum cognouisset Deum, non tamen sicut Deum glorificauit? Sed ipse potius tanquam Deus ab initio peccati coli uoluit ab omnibus numinibus, & semper optat a cunctis hominibus adorari?

An appetitus felicitatis, quam in bonis naturalibus insitam esse credit, eademque neglecta Dei gratia sperasse posse propriis uiribus obtinere, Vnde merens ac miser cum se Deo preferat seu velit æquare in hisque ad beatitudinem attinent querit requiem & non inuenit?

An pugna quam sanctis Angelis intulit ut se per uĩ tanquam Denm uenerarentur?

An prelium quo ausus est post suam creationem tanquam ingratus impugnare filium Dei, cum cognouisset confuse tamen in verbo Iesum Christum super astra celi exaltandum, atque ab omnibus numinibus adorandum? Repente nanque supbus humaneque beatitudinis inuidus, tertiã partem sua cauda stellarum hoc est Angelorum ad se conuertit, eiusdẽque suasit se positurum sedem suã ad aquilonem & iudicaturum nationes terre & tandem hortatus est eos ut se colentes suum opificem derelinquerent, quod etiam ab humanis mentibus semper eas tentando & illudendo re-

quirit. Itaque lęsę maiestatis crimine reus, Michaele archangelo cum suis Angelis resistentę, à Dei uerbo in abyssum seu in hęrebum relegatus fuit, atque à diuina uisione (quę pœnarum omnium acerbissima est) repulsus unà cum suis diabolis, qui diuina sic exigente iustitia tanquam fulgura de cęlo in ignem puniendi perpetuum ceciderunt, humanum autem genus, cum nullus hominum non dum esset intermino, habitum est à Deo misericordia dignum, quoniam per naturalem successionem peccatum originis contrahebat sine proprio actu, Quam ob causam propter nimiam charitatem suam qua dilexit nos Deus pater omnipotens, misit filium suum in mundum ut pro redemptione hominum atque salute carnem assumeret ac diuinę iustitię quę infinita est infinitis quoque suis meritis satisfaceret. Sed

V

Quonam pacto conuenit hominibus reparatio, salus, atque redemptio per uerbum quod caro est factum?

An per assumptionem humanæ naturæ quam sibi uniuit?

An per patientiam seu passionem omnium laborum dolorum, & miseriarum quibus homines erant propter peccatum originale subiecti?

Au per diuinæ iustitiæ satisfactionem, cuius causa tanquam mitissimus agnus oblatus est propter delicta nostra, & resurrexit tanquam fortissimus leo propter iustificationem nostram?

An per peccatorum remissionem?

An per intercessionē ipsius Christi qui ēt interpellat pro nobis?

An per

προβλήματα.i. Obiectiones.

An per inuocationem nominis Ieſu Chriſti? Non eſt. enim aliud nomen ſub cęlo datum hominibus, in quo oporteat nos ſaluos fieri, omnis enim quicunque inuocauerit nomen Domini ſaluus erit.

An per ſacramentorum à Chriſto inſtitutorum ſuſceptionem?

An per imitationē Chriſti?

An per ingentem charitatē Chriſti? Maiorē nanque charitatē nemo habet ut animā ſuam ponat quis pro amicis ſuis.

An per miſericordiam benignitatem & gratiam Dei?

An per omnia humanitatis Chriſti diuinitati coniūctę myſteria, quę nobis per ſacrā euangelii doctrinā, ſancto ſpiritu per apoſtolos reuelante fuerunt manifeſtata?

An per comunicationem diuinę bonitatis, quę quāto magis eſt bona, tanto ſe magis intenſiue uel extenſiue diffundit? Sed

VI

Si Deus ab ęterno eſt ſummū & in cōmutabile bonum, cur bonitatem ſuam noluit ab ęterno difūdere, aut ſaltem ſtatim poſt Adę peccatum carnē aſſumere?

An quia nondum uenerat temporis plenitudo?

An quia debebat auferre non tantum originale ſed etiam actuale peccatū?

An quia redempti fuiſſent tantum Adam & Eua?

An ut oſtenderet quod vbi abundauit delictū per multiplicationē actualium criminū, eminētius quoque ſuperabundauit & gratia?

An quia merita Chriſti ſatiſfacere debebāt diuinę

προβλήματα.i.Obiectiones.

justitiæ,non tantum quoad acceptationem diuinam,sed etiam quoad demeritorum ęqualitatem quòd non contigisset si statim post Adę peccatū humanam sibi copulasset naturam? Maius enim ne dum ęquale fuit quodlibet opus Christi,ratione infinitę diuinitatis humanitatem continentis, quam uniuersa flagitia totius mundi, unde dans suis sectatoribus suæ salutis gratiam scęlera illorum cuncta deleuit.

An quia nulla medicina ęgris in principio seu in augumento morbi est propinanda, sed potius in statu ac decremento? concocta siquidem medicari oportet,& mouere non cruda.

An quia naturam humanam oportuit suę imbecillitatis imperfectionem cognoscere antequam redimeretur,ne diuitias diuinæ bonitatis nimium sibi tribuendo contemneret?

An quia ordo promotionis in bonum procedit sēper ab imperfecto ad perfectum? status enim naturæ bonus est gratię melior, glorię uero optimus.

An quia Dei & hominum mediator,in medio annorum notum fecit salutare suum,ita ut multi præcones & milites triumphantem suum ducem prę cederent,quidam comitarentur, & multi rursus eiusdem uestigia sequerentur?

An quia status innocentiæ, naturæ,legis,gratiæ, & gloriæ debebant terminis quibusdam ita distingui ut uariatis sæculis,seu mundi ætatibus, hominibus successiue gignendis, diuinæ bonitatis, munera diuersa,siue beneficia conferrentur?

An quia decuit,iuxta ordinem diuinæ sapientiæ ut in principio tēporis homines assequerētur bonū

naturę, in medio uero siue in plenitudine perfectionem gratiæ, in fine autem eminentiam glorię?

An quia in mundi exordio mox ubi Adam peccauit homines nondum fuerant propagati, in extremo autem quoniam abundabit iniquitas, refrigescet charitas multorum, in medio uero perfectio uirtutis consistit? Et ideo in secundo Iesu Christi domini nostri aduentu destruetur penitus regnum satanæ, & regnum ipsius adueniet, quod sane intra nos est, si Deo semper diuina gratia fauente uiuamus. Sed

VII

Quomodo possumus diuinæ gratiæ munera consequi?

An per fidem seu fiduciam, uel fidelitatem, & confidentiam?

An per spem?

An per charitatem quæ potissimum in dilectione Dei & proximi consistit?

An per iustitiam?

An per prudentiam quę rerum semper agendarum respicit finem?

An per temperantiam?

An per fortitudinem seu constantiam qua per patiētiam resistimus et resistendo uincimus nos metipsos & satanam nos tentantem?

An per mansuetudinem atque animi lenitatem seu clementiam?

An per abstinentiam?

An per honestatem & continentiam?

An per opera misericordiæ ad corpus uel ad animū pertinentia?

προβλήματα.i.Obiectiones.

An per sanctitaté quam nullus acquirere aut partam tueri potest sine auxilio gratię? Omnes.n. peccauerunt & egent gratia Dei, quoniam non est iustus quisquam, non est intelligens, non est requirens Deū, omnes declinauerunt, simul inutiles facti sunt, non est qui faciat bonū, quia nemo bonus nisi solus Deus qui a nobis est iugiter exorandus, ut nobis diuinę benedictionis suæ gratiam conferat. Sed

VIII

Si Deus scit necessitates nostras, cur uel quomodo uult ut ipsū assidue deprecemur?

An ut credamus omnia diuina prouidētia regi, qua Deus instituit, more optimi patris, de cęlo spiritū bonū daturū se recte petentibus?

An ne credant homines omnia ex connexione causarū necessario euenire?

An ut ea bona impetremus à Deo, quę sanctorū suffragiis & meritis nostris daturū se nobis esse pręordinauit?

An ut orantes & nos metipsos à terrenis cupiditatibus remouentes, per eleuationē mentis in Deū discamus amare cęlestia & diuina?

An ut cognoscentes necessitates & miserias quibus subiecti sumus, humiliemur ante conspectū Dei, & adeamus cū fiducia ad thronū gratię eius?

An ut nobis cognitū sit quod non sumus sufficientes cogitare aliquid ex nobis quasi ex nobis, sed sufficientia nostra ex Deo est?

An per fidē uiuam siue formatam, quę optima sperando per dilectionē operatur?

An per directionē affectuū nostrorū in Deū, ut ipse regat sęper atq; purificet corda, & corpora nostra?

προβλήματα.i. Obiectiones.

An per orationē dominicam?

An per nomen Domini noſtri Ieſu Chriſti, cuius uirtute omnia bona hominibus conferuntur?

An per preces,ſupplicationes,rogationes, intercesſionesque ſanctorū?

An per obſecrationes,adorationes,poſtulationes & gratiarū actiones quibus pie perſeueranter, ſalubriter ac deuote,à Deo poſcere ac flagitare debemus quęcunque pertinent ad noſtram ſalutē? Non.n.debent homines ratione charitatis quærere potius quæ ſua ſunt,quam quę Ieſu Chriſti,ut ſuæ redēptionis fructū percipere queant. Vt igitur ſuauissime Lector diuinę benignitatis atque ſalutis munera percipere poſsis,fac ut ſine hypocriſi maiori qua sēper potes charitate Deo adhæreas,& ſanctę eccleſię monitis ac pręceptis obtēperes, quę ita a Domino noſtro Ieſu Chriſto ſunt inſtituta vt quilibet hominū ratione iuſtificationis per ſacramentorū optimam ſuſceptionē, puriſsimū templū Dei fieri ualeat.

TERTII LIBRI

FINIS

ELEM. SAC. THEOL. LIB. QVAR.

ὅροι. i. Definitiones.

I

Deus suæ benignitatis participes homines esse cũpiens est omnium bonorum, munerum, gratiarum, donorũque largitor, ac distributor, quibus ecclesiæ suæ mẽbra, iustificationẽ atque salutẽ per congruam sacramentorũ a Christo institutorũm susceptionẽ, haud inuite acquirant.

II

Iustificatio non solum est peccati remissio, sed & sanctificatio & renouatio interioris hominis per uoluntariã susceptionẽ gratię & donorũ. Vnde homo ex iniusto fit iustus & ex inimico amicus ut sit hæres secundum spem uitæ æternæ per infusionem gratiæ, quam deus effectiuę, per merita passionis Christi, & per instrumentalẽ ac ministerialẽ sacramẽtorũ applicationẽ omnibus hominibus, ultro per fidẽ spẽ, & charitatẽ, ad se, & ad suã ecclesiã accedentibus confert.

III

Fides est omniũ sanctarũ operationũ principiũ uel fundamentũ, & uirtus diuino munere purificãs & illuminans intellectum, ut sacris rerũ sperandarũ reuelationibus, rationis facultatem penitus excedẽtibus constanter adhæreat, sine qua impossibile est placere Deo.

IIII

Spes est uirtus eleuans animũ hominis, ad expectationẽ futuræ beatitudinis, cuius causa laborantes in uinea domini, declinant a malo, & auxilio gratiæ

faciunt bonũ, quo fęlicitatis æternæ mercedẽ optatã, consequi mercantur.

V

Ieiuniũ est uoluntaria abstinentia ciborũ, & moderata parsimonia uictus, Deo pro præteritis culpis per afflictionẽ corporis satisfaciens, cohibensque concupiscentias carnis ac delectationes, ne mens humana superfluo ciborũ onere deprimatur, sed eximi potius in posterũ, a seruitute peccatorũ diuina opitulante gratia mereatur.

VI

Oratio est deuota intentionis interpres, a Deo cũ ipsius laude, ac gratiarũ actione, ad salutem necessaria petens, quę per charitatẽ assidue diuina mysteria, cũ eleuatione mentis contẽplans; Dei gratiã uirtute Christi, & suorũ mẽbrorũ pręcibus, consequi et impetrare meretur.

VII

Eleemosina, est actus charitatis, ex compassione; seu animi lenitate, propter Deũ, recta intentione, omnibus egentibus, & præsertim propinquioribus necessaria pro uiribus tribuens; quæ plurimũ confert ratione satisfactionis ad peccata delenda, & ad diuinæ benedictionis gratiã promerendã.

VIII

Ecclesia, quæ corpus Christi mysticũ appellatur, est conuocatio, cętusque fideliũ siue unio, interiorem affectũ pietatis in Deũ, exterioribus actionibus manifectans, quã lumine sacræ doctrinæ, ac spiritualis intelligentię illustratã, Christus proprio sanguine, acquisiuit, atque fundauit, ipsius ministeriũ inædificationem Petro, & successoribus eius committens.

Ὅροι. Definitiones.

IX

Religio eſt uirtus.cõuenienti ordine dirigẽs oẽs humanas actiones,in dei obſequium,& ad perfectiõnẽ charitatis,ſummę pietatis obſeruantia tendens, qua homines mundo morientes Deo uiuunt,eundẽque sẽper quantum in illis eſt, colere ac uenerari nituntur.

X

Euangelium eſt uirtus,& annunciatio regni Dei in ſalutẽ omni credenti figurarum teſtamenti ueteris cõplementũ ſignificans,& Chriſti myſteria continens,ac doctrinam,qua homines per ſacrarũ litterarũ interpretationẽ ac prędicationem ; ſciant ſe ereptos fuiſſe,ac liberatos demanibus omniũ peccatorũ,ut ſine timore ſeruili Deo per fidem sẽper in ſanctitate ac iuſtitia ſeruiant atque uiuant.

XI

Tẽtatio eſt prouocatio incitans intellectualis naturæ uoluntatẽ , uariis illecebrarũ ſuaſionibus , ad aliquid appetendũ,& diuerſis affectionibus cõmouens ad aliquod opus agendũ,unde clanculũ,uel palam ſumatur rationalis perfectionis experimẽtũ quo exploratur & cognoſcitur.intentio & potentia,cuiuſcunque agentis,per manifeſtationem ignotę, ſuę uirtutis atque latentis.

XII

Peccatum quod malorũ omniũ cauſa dici poteſt eſt iniqua operatio uoluntatis per ommiſsionẽ boni ex parte auerſionis,& cõmiſsionẽ mali,ex parte conuerſionis,uirtuti contra regulam naturę , rationis, & legis ęternę ſiue prouidentię diuinę repugnans , qua per maculam culpę homines corde, uerbo , & opere alieno uel proprio delinquentes propter abuſum rerum quem iuſtitia uetat,gratia Dei effectiuę

priuantur,& incitante plerunque diabolo, propter transgreſsionem mandatorum Dei ad reatum pænę temporalis atque perpetuæ obligantur, niſi diuina miſericordia liberentur.

XIII

Indulgentia eſt ſpirituale munus,ui clauium, per diſpenſationē,applicans merita Chriſti,& ſuorū mē brorū opera ſupererogationis,in theſauro eccleſię recōdita fidelibus,ex charitate recipientibus cōmu nē diuinæ benedictionis utilitatē,quæ peccatoribus ignoſcendo,ſupplet uices ſatisfactionis illorū, qui deuote atque humiliter ad ipsā ex pia cauſa ſuſcipiē dam accedunt.

XIIII

Sacrificiū eſt hoſtiæ,uictimæque oblatio propitia toria ſiue litatio ad Deū placandū, & ad expianda ſcęlera delinquentiū inſtituta,qua homines deteſtan do peccatū, Deo primū intime ſemetipſos, & ſua poſtmodū extrinſecus offerentes, diuinæ gratiæ, participes eſſe merentur.

XV

Sacramentū eſt rei ſacræ ſenſibile ſignū, in uer-bis ac rebus actionibusque piis conſiſtens,quod uir tute inſtitutionis ac uoluntatis diuinę, ſanctifican-tis homines,per materialem,& congruam miniſtro-rum eccleſiæ præparationē,conſecrationē atque ap plicationē fidelibus deuote ac pie ſuſcipientibus, diuinæ benedictionis ob determinatā uerborū for-mam gratiam confert,cuius imaginē gerit, & cauſa exiſtit.

XVI

Baptiſmus eſt ſacramentum, uiſibili aquæ ele-mentaris materia, per miniſtrorum eccleſiæ,

optimam intentionem corpus abluens, & mentem inuisibiliter per regenerationem spiritualem, uirtute instituentis sub forma uerborum præscripta purificans, ut membra Christi militanti ecclesiæ, per caracteris impresionem ascripta delictorum suorum remisionem obtineant, quoad culpam & pœnam; & aditum habeant, ad diuinæ uirtutis munera consequenda.

XVII

Confirmatio est sacramentum, per ministerium episcoporum sanctificato chrismate salutis liniens signaculo crucis conuenienti forma uerborum, frõtem christianorum confirmandorum in fide, ut per spiritualis gratiæ augumentum, robur, & fortitudinem ad superandos christiani nominis; atque religionis hostes & inimicos accipiat.

XVIII

Sacer ordo est sacramentũ, uiris tantũ deo dignis diuinorum ministeriorum dispensationem ac dignitem committens, quo per diuersitatem officiorum confertur spiritualis excellentia potestatis, per quam ministri ecclesiæ, tanquam Dei cooperatores, & populũ sibi creditum, recte docendo gubernent & cuncta sacramentalia seu sacramentorum & præsertim eucharistiæ solemnia rite administrare conentur.

XIX

Matrimonium est sacramentum sine dolo, iure connubii ac desponsationis, libere, fideliter, ac pie & inseparabiliter copulans, siue uniens per uerba de præsenti, & cum benedictione ab ecclesia instituta, mutuum animorum consensum, atque utriusque coniugis, habitudinem siue societatem indissolubi-

lem,in Dei obsequium,siue in naturæ officium, uel culpæ remedium.

XX

Pœnitentia,est sacramentum, per uirtutem cōtritionis peccata præterita detestando,uoluntariam cordis afflictionem seu dolorem assumens, & quod cunque uitium seu crimen emendare propenens, quo delinquentes proprio sacerdoti,scælera confitentes,Deo per satisfactionem debitam in posterum sibi uiuendum esse decernunt; atque promittunt, ut flagitiorum remissionem, & indulgentiam, per absolutionem congruam consequantur.

XXI

Eucharistia non tantum est sacramentum,uerum etiam aliorum sacramentorum perfectio & sacrificium,quo per ministerium sacerdotum optima intentione personam & uerba Christi referentium trāsubstantiantur miraculose,ac realiter species azimi panis,& uini lymphati,in uerum atque unicum per naturalē concomitantiā corpus Christi,sub dimēsionibus,sacramētibus uirtute uerbi diuini cuius potētia cū sit infinita cūcta comuniter suo numine complet & specialiter in hoc sacramento ita extitit,ut digne illud sumentes diuino spiritu repleantur, & tā quam capiti membra diuinitus coniungantur.

XXII

Extrema unctio est sacramentum, sanctificato per benedictionem episcoporū oleo, spiritualiter per deuotionem interiorem leniens,& cum deprecatione optimi sacerdotis, corporaliter liniens infirmos in articulo mortis cōsistentes,quo pereiectionem satanę, & expulsionem reliquiarum peccati adeo sanatur animę morbus, ut facilius ęgrotans

ὅροι.i.Definitiones.

ad assecutionem gloriæ, disponatur.

XXIII

Iudiciũ est recta determinatio, iustissima ratione decernens, habita ueritatis notitia, bonos separandos esse a malis, quos conscientia peccatorũ accusat, & per liberationis uel condemnationis sententiã, statuens iure legis diuinæ pios quidẽ sũmi boni fœlicitatẽ esse perpetuo consecuturos, impios autẽ æquissima pæna plectendos esse ac puniendos, nequid in posterum maleficii grauioris committant.

XXIIII

Glorificatio est donum Dei naturæ intellectuali superadditum, quo confirmantur pie Deo uiuentes postquam peruenerint ad suæ beatitudinis terminum ita in gratiam ut cum ab ea excidere nequeant, omnem uariis dotibus, aureis & aureolis, possibilem sibi perfectionem attingant atque possideant.

Θέσεις.i.Positiones.

I

Quæcunque per analogiam, habent ordinem ad unum, diuersis rationibus ab illo possunt denominari licet, denominario ab effectu nobiliori fieri soleat, & a perfectiori causa plerunque fieri debeat, hinc fit, ut eodem modo se habeãt ad sua prædicata seu subiecta sanctum, & sacrũ, sicut etiã sanum.

II

Quamuis eadẽ sit natura hominis ante & post peccatũ, non tamen idem status atque conditio, sicut insanis hominibus accidit atque infirmis, quo

rũ ſaluti conſulens Chriſtus tanquã optimus medicus, quo uniuerſi indigent ęgrotantes, inſtituit, ut uulnera peccatorũ ſingularibus ſacramentorũ remediis curarentur, ut recuperata poſtmodũ ſanitas mentis, impolluta diutius ſeruaretur.

III

Omnes Chriſto pie uiuentes diuinę fieri poſſunt conſortes naturæ, ſi fideliter atque perfecte ſacramẽta ſuſcipiant, quę ita ſunt ſigna inſtrumentaliter cõtinẽtia gratiã, ut illud sẽper efficiant quod figurãt. quamuis enim corporeũ non agat in ſpirituale, uirtute propria, eo quod agens debet eſſe pręſtantius patiente, operatur tamen uirtute principalis agentis, qui ſtatuit animã humanam, non tantũ gratia uirtutũ atque donorũ eſſe purificandam, ſed etiam ſuſceptione ſacramentorũ, eſſe deo penitus conſecrandam.

IIII

Cunctis hominibus Deũ in uia perfecte amantibus gratia diuinæ benignitatis confertur, inſtrumẽto ſacramentorũ, miniſterio ſacerdotũ, diſpenſatione pontificũ, authoritе eccleſiæ, merito Chriſti, & uirtute Dei, ſine quo nihil unquam boni haberi nec fieri poteſt.

V

Oẽs Chriſti fideles charactere, indelebiliter aĩæ impreſſo, ſeu ſignaculo ſacramentali a Deo pręordinato, diſtinguntur ab infidelibus, ut Deo ſeruiant ſecũdũ ritũ chriſtianę religionis, quo per ſpiritualem poteſtatẽ, per ſacramenta quę non iterantur collatã, configurentur illuminata capiti ſuo mẽbra, ut diuina ope munita, atq; protecta, legittime certãdo aduerſus ſatanæ inſidias, carnis cõcupiſcẽtias, & mũdi

uanitates,ęternę tandem gloriæ coronam accipere mereantur.

VI

Cũ diuinę gratię donũ excedat quãlibet facultatẽ naturę ideo debent homines pręueniente diuinę uirtutis auxilio,per detestationẽ peccati præparare corda sua domino,& seruire illi soli, ut liberentur de manibus peccatorũ.a quibus impediuntur ne finẽ sẽper optandæ beatitudinis consequantur.

VII

Cauere sibi debent omnes homines,ab illis operationibus quę non conformantur legi, & uoluntati diuinę,quibus etiã læditur & corrũpitur bonũ naturæ, uariis sordibus, & maculis quę remanent in anima etiã post actũ peccati, Cũ autẽ nemo possit duobus dominis seruire, quin unus ametur,& alter despiciatur,ideo terrena & humana,ab omnibus cęlestia & diuina quærentibus sunt contẽnenda, ut contẽplatione & delectatione sũmæ diuinitatis fruantur,in qua ratio prorsus beatitudinis & fælicitatis humanę consistit.

VIII

Actiones humanę siue ad se ipsũ,siue ad alterũ ordinatę,cũ recipiant spẽm ex fine sufficienter rectificantur, si uirtutibus moralibus, passiones, uel perturbationes animi moderentur, ut sint bonæ in genere moris,ut autẽ sint meritorię fęlicitatis ęternę,per uirtutẽ . quę est dispositio perfecti ad optimũ, sunt omnes dirigendę in Deũ per IESVM CHRISTVM. Vnde dicebat Diuus Paulus omnia quecunque facitis in uerbo aut in opere omnia in laudẽ domini nostri IESV CHRISTI facite gratias Deo & patri per ipsum.

Θέσεις.i.*Positiones*.

IX

Christus ratione diuinitatis habet authoritatẽ instituendi sacramenta sine quibus etiã homines absolute potest, nisi prouidentię diuinę repugnarent iustificare, Verũ ratione humanitatis, ob merita suę sanctissimę passionis, cũ si bi data fuerit omnis potestas in cęlo, & in terra, potestatẽ habet excellentię qua in eius nomine sacramenta sanctificantur. Ministri autẽ ecclesię ipsius uicẽ gerentes, adhibita solẽni deprecatione, sacramenta conferre, & sacramentalia, ob excitandã in populis deuotionẽ instituere queunt, non tamen sacramenta ne eiusdẽ dignitatis esse uideatur seruus & dominus, & ne in consutilis uestis domini nostri IESV CHRISTI sui corporis mẽbra tegens, per aliã sacramentorũ institutionẽ aliqua factionũ scissura uel schismate seditionũ scindatur, & tandẽ in diuersas partes ob capitũ diuersitatẽ distracta tanquã regnũ in se ipsũ diuisũ penitus desoletur.

X

Quilibet ecclesię sanctę minister, (nisi suis demeritis fuerit ab ea precisus) tanquã animatũ instrumẽtũ deo per fidẽ aliquo pacto coniunctũ potest (quãuis non debeat si a charitate per peccatũ exciderit) iure officii, credita sibi sacramenta conferre, dummodo fideliter, ac recta intentione id facere cupiat, quod optime fuit ab ecclesia institutũ, quoniã sacramentis Dei nihil obsunt malorũ hominũ mores. Seruus enim thesauros domini sui, mala intentione dispensans, uel eisdẽ abutens ipsius uoluntatẽ optimã peruertere nequit. Nihil enim quod suum sit conferunt ministri boni uel mali, sed more canaliũ quos parui admodũ refert, utrum aurei uel plũbei

ſint diuinæ benedictionis aquã ſitientibus porrigũt Ne tamen caſuales & fortuiti uideantur ſacramentorũ effectus, requiritur fides, pietas, & deuotio, optimaque intentio, non tam in ſuſcipiente, quã in miniſtro, nequid deſit quod ad collationẽ uirtutis ſacramentorũ, neceſſario requiratur.

XI

Ab unica uirtute principalis, agentis, poſſunt diuerſi effectus, uaria ratione produci, præſertim ubi agens per intellectũ & uoluntatẽ, non poteſt a potentiori determinari. Hinc fit ut propter uarios reſpectus, ac modos ſubiecti perficiendi, inſtrumenta quoque requirantur diuerſa, uaria tamen ratione determinata. Anima itaque hominis, ſeptẽ pietatis operibus, totidenque uirtutibus, ac ſancti ſpiritus donis, purganda illuminanda & perficienda, ſeptẽ quoque ſacramentis, actionibus uitę corporalis correſpondentibus indiget ut per ſpiritualẽ uitã, conformetur imagini filij Dei conſiſtentis in medio ſeptẽ candelabrorũ aureorũ, cuius authoritate liber uitæ ſeptẽ obſignatus ſigillis aperitur, & clauditur,

XII

Omnes hominum actiones, uirtutibus theologicis intellectualibus & moralibus, ſiue purgatorijs, ſeu purgati animi, ſunt ita dirigendæ in Deum, ut diuinæ legis, nunquã aliqua transgrediantur præcepta, quæ ex parte cuiuscũq; pręcipue uirtutis, duo potiſsimũ ſunt conſideranda, nequis in alterum extremorum labatur, Nam per fidem, corde creditur ad iuſtitiam, ore autem confeſſio fit ad ſalutem, Per ſpem, confidite & nolite timere, Per charitatem diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, &

proximũ

θέσεις.i.*Positiones.*

proximum tuum sicut te ipsum per iustitiam reddite omnibus debita, Per prudentiam nosce te ipsum & respice finem, Per fortitudinem noli uinci a malo sed uince in bono malum, Per temperantiam, nihil nimis, & uince te ipsum. Per modestiam nihil unquam fiat quod cuius quam offendat aspectum, sed quod puram deceat sanctitatem, Per humilitatem, non alta sapientes, sed humilibus consentientes, Per clementiam diligite inimicos, & benefacite persequentibus Per sedulitatem, in omnibus labora ministerium tuum imple, Per continentiam sobrij estote & uigilate. Per Patientiam, cum patientia supportantes inuicem in charitate, donantes inuicem siquis ad uersus aliquem habet quęrelam, Per Perseuerantiam, non qui inceperit sed qui perseuerauerit usque in finem hic saluus erit, per constantiam ne ex tollaris in prosperis, nec deijciaris in aduersis. Per pietatem, operemur bonum ad omnes maxime autem ad domesticos fidei, Per liberalitatē thesaurizate uobis per misericordiæ opera thesauros in cęlo, per ueracitatem omnis sermo malus ex ore uestro non procedat, neque murmuraueritis. Per obedientiam omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit, & unus quisque in ea uocatione qua uocatus est in ea per maneat, Per puritatem nolite pueri efici sensibus, sed malitia paruuli estote, Per solertiam estote solicitudine non pigri, spiritu feruentes per pacem non in contentione & æmulatione, sed induimini Dominum Iesum Christum. Per honestatem scurrilitas & turpis loquium, nec nominetur, ne dum exerceatur in uobis, Per mansuetudinem: non uos metipsos defendentes charissimi, sed date locum iræ, Per castitatem qui non

Θέσεις.i. *Positiones.*

ſe continent nubant, Per ſapientiam, non plus ſapere quam oportet, ſed ad ſobrietatem, Per conſiderationem, cauete ne quod detis offendiculum fratri, uel ſcandalum, Per bonitatem declina a malo & fac bonum, per contemptum mundi uade uende omnia quę habes & da pauperibus, per religionem, unanimes uno ore honorificetis Deum, & patrem domini noſtri IESV CHRISTI. per orationem petite & accipietis, quęrite & inuenietis, per uenerationem honore inuicem præueniētes, fraternitatem diligite, per abſtinentiam ſanctificate ieiunium & conuertimini ad dominum Deum ueſtrū, per hilaritatē gaudete in domino sēper iterum dico gaudete, per pn̄iam Pn̄iam agite ut deleantur peccata ueſtra & renouamini ſpiritu mentis ueſtrę, per deuotionē uouete, & reddite domino Deo ueſtro omnes qui in circuitu eius affertis munera, per benignitatē, beneficentię, & cōmunionis nolite obliuiſci, per fidelem ſocietatē talis ſis erga alios quales erga te alios eſſe uelles, per prouidentiam prouidentes bona non tantū coram Deo, ſed etiam coram omnibus hominibus, per miſericordiā. Quod tibi uis fieri alteri feceris, & quod tibi non uis alteri ne facias, per ſanctitatē, Dominū Deū tuū adorabis & illi ſoli ſeruies, ſi diuinę legis pręceptis omnibus obſeruatis conſilia non neglexeris.

αἰτήματα.i. **Petitiones.**

I

Nullus niſi ſuis demeritis gratia diuina priuatur.

II

Peccata tranſeunt actu, ſed reatu remanent expianda.

αἰτήματα.i.Petitiones

III

Minister agit per applicationē, instrumentū uero p motū.

IIII

Potentia superior non est per inferiorē determinanda.

V

Omne pręteritū est necessariū.

VI

Veritas nunquam ueritati repugnat.

ἀφορισμοί.i.Determinationes.

I

Sicut caput influit in suis mēbris sensū & motū, ita Christus omniū fideliū caput, septē sacramentis infundit uirtutē emundandi animas à sordibus peccatorū ex merito suæ sanctisimę pasionis. Nā sine sanguinis effusione non fit remissio. Verū quoniā a capite mēbra præcisa nullū suscipere possunt influxū, ideo necesse est ingenti deuotione accedere, ad ecclesiam Dei, siue ad sponsam quā Christus proprio sanguine acquisiuit, & supra petram diui petri fundauit, ibidéque sacramenta suscipere, illos qui suæ salutis cōpotes esse uolunt, ut non tantū delictorū suorū remissionē, uerū etiam diuinę gratię beneficia cōsequantur.

II

Dominus & saluator noster IESVS CHRISTVS, lauit, liberauit, redemit atque seruauit eos, qui hereditatē capiunt salutis, non solū efficienter, & meritorie, sed etiam sufficienter & satisfactorię, offerens semetipsū oblationē & hostiam Deo,

ἀφορισμοί.i.Determinationes.

tanquam iuge ſacrificiũ in odorẽ ſuauitatis ęternũ, ſed quoniam inuitũ qui ſeruat idẽ facit occidenti, ideo opus fuit ut ſigna quędam eadẽque uiſibilia diuina authoritate inſtituerentur, quibus ultro, & ſine ulla ſimulatione ſuſceptis fideles diſtinguerentur a perfidis, & deũ ita colerent, ut terrena deſpicientes, cœleſtia ſcirent, atque diuina, ſibi sẽper eſſe optanda.

III

Per fidẽ Chriſti, iuſtificabantur antiqui patres ueteris teſtamenti, Cęterũ ſacramenta ueteris legis, quædam erant fidei proteſtationes, quibus ſignificabatur effectus & paſsio Chriſti, cũ dicat apoſtolus, omnia in figura contingebant illis. Non enim habebant in ſe aliquam uirtutem, qua operarentur ad cõferendam gratiam iuſtificantem, ſed ſolum ſignificabant, fidem, qua per paſsionẽ Chriſti, redimendi erãt & poſt deſcenſum eius ad inferos, non modo ſpe, ſed & re ipſa beatificandi, Verũ ſacramenta nouæ legis, uel euangelii, applicant digne ſuſcipientibus uirtutẽ ſanguinis agni immaculati Dei, cuius beneficio perficitur anima fidelis, in his quæ pertinẽt ad ritũ, Chriſtianæ religionis.

IIII

Manus domini non eſt ita abbreuiata ut nequeat aliter quam per aquę baptiſmum ſuis fidelibus conferre ſalutem, ſicut patet de latrone, qui ſalutem, ſine baptismo fluminis, non tamen flaminis eſt adeptus, & de innocentibus pueris, qui per baptiſmum ſanguinis ſunt ſaluati. Sed tamen de lege communi propter ſacramenti neceſsitatẽ, quę impoſita eſt ſaluandis uirtute immutabilis inſtitutionis diuinę, materia baptismatis eſt aqua elementaris, ſine ulla com

mixtione,ac si fieri pôt,sine alteratione aliqua, retinés suę naturę proprietates,quibus maculas abluit atque sordes sitim ac ignē extinguit,duritiem, & aspe ritatē emollit,lucis fulgorē & imagines intuentiū re presentat,lentorē rebus inducit, mixtorū qualitatibus immutatur,leuia & cōcaua sustinet dēsa & solida summergit,arida humectat,semina fecundat,coloribus inficitur,igne calescit,uapores gignit,& i pluuiā uel nebulas aut aerē per eosdem resoluitur, inglaciē uertitur,atque niuem & multis tandē aliis qualitatibus pollet,quas siquis,spiritualiter intellexerit, sicut exigitur,ad notitiam figurarū,ueteris, & ad allegoriam noui testamenti,cognoscet magna & mirabilia opera domini,& exquisita in omnes uoluntates eius, esse a fidelibus semper obnixe scrutanda.

V

Sacramentorum omnium apprime necessarium est ad salutem Baptisma, quod per ablutionem corporis, aut præcipue partis, munditiam animę interiorem efficit & significat, Mundatur enim anima lauacro aquæ in verbo uitæ,per quod facta sunt omnia, Vnde ad manifestiorem, suæ perfectæ intentionis expresionem, dicit ecclesiæ sanctæ minister, sub determinata a Christo uerborum forma, Ego te baptizo in nomine Patris & filii & spiritus sancti Amen. Vt autem spiritualis regeneratio generationi carnali, quæ iterari non potest, similis fiat, requiritur spiritualis pater & mater, qui in Christo Iesu per euangelium debent creditos sibi filios, sacris eruditionibus generare.

VI

Accedentes ad sacrum baptismatis fontem, tan-

quam catechumeni, & energumeni, hoc est ignari suæ salutis, & uexati ademone sunt per exorcismũ eripiendi, & fideliter examinandi, nunquid ficte, an simulate, regenerari uelint in Christo, si adulti sint &sui iuris existant,ita ut aliena fide non indigeant, Dicebat enim Diuus Ioannes nolite omni spiritui credere, sed probate spiritus utrum ex Deo sint Cognita autem eorum optima uoluntate, ut conformentur cæteris christi membris, ante quam baptizentur, sunt diligenter erudiendi, in his quæ pertinent ad salutem Iuxta præceptum Domini qui dixit suis discipulis euntes docete omnes gentes, deinde subiunxit baptizantes eos &.c. Si uero infantes existant post susceptum baptisma ita debent a suis parentibus edoceri in timore domini atque amore Dei ut uitia cuncta uitantes, atque peccata diuinis rebus semper inhærere nitantur.

VII

Vt misterium sanctissimæ trinitatis in baptismo appareat, requiritur inbaptizando fides ablutio & professio, in ministro ecclesiæ, aqua uerbum & intentio, Deus autem, qui omnium corda scrutatur imprimit characterem animæ indelebilem, infũdit gratiam iustificationis amissibilem, uirtutũque omnium aptitudinem. Sunt enim omnes baptizati docibiles Dei, liberantur etiam de manibus sathanę, mortis æternæ & inferni, (nisi reuertantur tanquã canis ad uomitum), atque insuper a culpa reatu & pæna. Remanent tamen pænalitates, ut augeatur meritum militantium pro Christo & ne maioris perfectionis uideatur miles quam dux, ouis quam pastor & ut ostendat Deus contrarium effectum peccati adæ, quod primo infecit naturam, postea uerò personam.

ἀφορισμοὶ.i.Determinationes.

VIII

Inuisibili chrismate, unctus est Christus oleo exultationis, prę participibus sui sicut ipsius cognomen declarat, nō tamen uisibiliter, sicut Dauid, & cæteri reges, prophætę, sacerdotes atque pontifices, quorum unctio, præfigurabat sanctissimum confirmationis secramentum, quod institutum fuit ab authore nostræ salutis, dum paruulos ad se accedere iubens, singulisque ipsorum manus imponens, gratiam diuinę benedictionis præbebat, quo etiam usi fuerunt Apustoli, dū super baptizatos in nomine IESV, manus imponebant, & accipiebant spiritū sanctū, sicut ipsi quoque in die sancto Pentecostes acceperunt.

IX

Materia chrismatis, oleum uidelicet atque balsamū, episcoporū benedictione, ante applicationem sacramenti, est consecranda, quoniam, non fuit contactu Christi uel usu corporali sanctificata, quamuis sacramentorū sanctificatio, sicut & omne bonū deriuetur a Christo, Cū autē debeant milites imperatoris sui accipere signū, & pręsertim tyrones ideo sūt a patronis quibusdam erudiendi, & tanquam imbecilles ad spiritualē pugnam sustentandi, & a pręcipuis ducibus, spirituali militię ascribendi, ut tanquā athletæ, & pugiles strenui, signati sint lumine uel signaculo, Domini sui, & tandē optata hostiū suorū hoc est peccatorū uictoria, potiantur.

X

Chrisma christianis omnibus est conferendū quoniā possunt etiā pueri consequi pefectionē spiritualis ętatis. Verū ne credentes metu detineantur, sicut apostoli antequam susciperent effectum, siue rē

istius sacramenti, quominus fateantur euangelii ueritaté, signátur ab episcopis, signaculo sançtę crucis in fronte. & confirmantur chrismate salutis, in nomine sanctissimæ Trinitatis, cuius uirtute confertur gratia gratum faciens, per hoc sacramentũ, quod ordinatur ad cónfitendam publice fidé Christi ex officio aduersus hostes christianæ religionis. Imprimitur etiam hoc irreiterabili sacramento character, quo dstinguntur, prouecti, & confirmati in fide pugnandi spiritualiter potestatem habentes, ab infantibus modo, uel nũp genitis, quibus lacte opus est non solido cibo.

XI

In quolibet sacramento, reperitur etiam res, ita ab eo, distincta, & cum illo coniuncta, ut facile sanctissimæ Trinitatis opus humanæ mentes ualeant contemplari; Quamobrem inueteri lege uariis prę monstratum fuit figuris, oblationibus & sacrificiis, sanctissimum eucharistiæ sacramentum. Nam Melchisędec panem & uinum obtulit, mãna pluit, agnus in celebritate paschæ imolabatur & multa alia sacrificia expiationis offerebantur, quæ omnia, unicum communionis dominicæ sacramentum pręfigurabant, iuxta diuersitatem rerum, quę possunt in eo sacramento considerari, Panis enim, & uinum materialiter tantum inter se distinguntur in ratione signi, formaliter autem sunt unum, in ratione alimenti, & sic unum tantum constituunt sacramentum, licet uariis nominibus, appelletur, Vocatur enim ante consecrationem panis & uinum, sed post: refectio mentis, spirituale alimentum, corpus, cæna, participatio, & assumptio domini: communio, memoria dominicæ passionis, uiaticum uiatorum, euchari-

ſtia, ſacrificium, & per antonomaſiam etiam ſacramentum.

XII

Panis triticeus confirmans, & uinum uitis ſua maturitate lætificans coꝛ hominis, eſt materia ſacramenti, in ultima cæna, ob memoriam teſtaméti sui à domino inſtituti cum nihil aliud haberet, quod more teſtatoris diſcipulis ſuis legaret præter ſe ipſú Ideo enim mundi redemptor ſe grano frumenti fęcundiſsimo comparauit & uiti ut ſicut ex multis granis unus panis efficitur & exmultis racemis uinum confluit ita multi unum corpus ſimus in Chriſto omnes qui de uno pane & de uno calice participamus. Verum ſine fermento ueteri malitię & nequitię litandum eſt & uino aqua, quę ſicut etiam ſanguis ex latere chriſti in cruce pendentis exiuit, eſt permiſcenda haud aliter quam triticeę farinę miſceatur aqua elementaris dum conficitur panis.

XIII

Quodlibet ſacrificium ueteris legis, chriſtum cótinebat in figura ſolum, & tanquam in ſigno. ſacrificium autem noui teſtamenti, Chriſtum uere, ac realiler corporaliter & ſacramentaliter continet. Cú enim generis humani reſtaurator ſit ueritas, quę mutari, & mentiri non poteſt, ideo firmiter credédum eſt, panem & uinum, poſt conſecrationé, non mutatione materiali & locali neque conuerſione naturali, & formali, Sed tranſubſtantiatione ſuper naturali, & miraculo uirtutis diuinæ, conuerti per verbum Dei, in corpus ſiue carnem & ſanguinèm Chriſti, multo excellentius quam naturaliter accidat, Verum quoniam Diuus Auguſtinus, non nunquam chriſtum ſpiritualiter in ſacramento euchari-

stię, assumendum esse asseruit id ita intelligendum est, ut spiritualiter hoc est, inuisibiliter, & impassibiliter, inalterabiliter, & incorruptibiliter, illud assumere debeamus. Est enim Christus totus in toto, & totus in qualibet parte sacramenti, non ratione potentiæ passiuæ, creaturæ. sed propter potentiam infinitæ uirtutis creatoris, quę efficit, ut in utraque specie sit ex ui consecrationis uel sacramenti, & ex naturali uel potius super naturali concomitantia, diuinitas anima, sanguis & caro uel corpus Christi, cum suis accidentibus, per modum substantię, sub sacramentalibus tamen speciebus, & dimensionibus diuisibilibus atque alterabilibus, quæ uirtute diuina, per se subsistunt. Christus enim non est ibi localiter, nec diffinitiue; nec circumscriptiue neque secundum commensurationem proprię quantitatis, sed sicut (similitudo tamen ualeat quantum potest) in multis paruis numismatibus, seu in qualibet uel minima speculi confracti particula spectrum, seu simulachrũ alicuius uiri imaginem suam, eiusdemque subiectũ penitus excedentis.

XIIII

Populares homines, qui et laici gręco uocabulo nuncupantur, si iusti sint, per charitatem sunt Christo coniuncti, non tamen per dignitatẽ sacerdotalẽ, ac potestatem Quamobrem nefas est eos, sanctissimum eucharistiæ sacramentum conficere, quinimo sub unica tantum specie, communicare corpori, & sanguini domini debent haudaliter quã illis discipulis euenit, qui in emaus in fractione tantum panis dominũ cognouerunt, Cætera nanque sacramenta in usu atque aplicatione materiæ consecratæ cõsistũt, Eucharistiæ uero sacrificiũ simul & sacramẽtũ,

ἀφορισμοὶ.i.Determinationes.

inipsa cõsecratione pficitur,uirtute uerborũ Christi,cuius caro & sanguis, omnibus digne sumentibus prodest (nisi Iudę proditoris instar illud assumant)conferendo uitam spiritualẽ,gratiæ augumentum,charitatis perfectionem,Dei unionem, Christi participationem glorię præparationem, & more cibi corporei,uirtute benedictionis diuinæ spiritualiter nutrit,sustentat,roborat,auget,reparat,& delectat. Cauendum est autem, nequis alicuius scęleris labe pollutus,aut pręsumpto quo piam cibo & contra ritũ ecclesiæ,ad hoc sacramẽtum accedat , quod conferendum est habentibus propriam & actualem deuotionem , & desiderium percipiendi uirtutem dominicæ passionis quoniam qui manducat & bibit,in digne vt asserit paulus iudiciũ sibi mãducat & bibit nõ di iudicans corpus dñi qui instituens , hoc sacramentum,in ultima cęna, conuiuium simul ac semel fuit atque conuiua.

XV

Timore pęnæ, spe ueniæ,deitatis amore, dolore omissę uirtutis,ac boni neglecti,męrore læsę maiestatis diuinę,odio ac detestatione peccatorum, uoluntaria compensatione malorum,desiderio gratiæ & salutis ęternæ,cum proposito emendandi,&corrigendi male actam antea uitam, homines delinquẽtes,per tristitiã quę secundum deum est, punientes in se quod dolent commisisse,cooperantur Deo, ad suam iustificationem,per pænitentiam interiorem . & exteriorem,quæ non modo est uirtus , eo quod pertineat ad iustitiam & prudentiam, dirigendo ex recta ratione humanas actiones in optimum finem, sed etiam sacramentum & secunda tabula post naufragium , cuius materia sunt exteriores actus sensi-

ἀφορισμοὶ.i. Determinationes.

biles & uerba peccatoris sua uulnera hoc est scęlera detegentis & confitentis, forma uero. sunt actus, & uerba sacerdotis ui clauium absoluentis per uirtutem Christi qui dixit discipulis suis sufflans in eos accipite spiritum sanctum, quorum remiseritis peccata remittentur eis, & quorum retinueritis erunt retenta.

XVI

Recedentes a Deo per peccatum. donisque naturalibus abutens conuertuntur ad creaturas, corde ore, & opere, accedentes autem ad Deum, per pęnitentiā charitatisque perfectionē optantes, ad ecclesiam Dei conuerti debent, contritione, confessione ac satisfactione, quę sunt partes integrales pęnitentię, oppositę consensui delectationis, ommissionis, commissionis flagitiorum, quibus frequenter læditur diuina maiestas. Dolor enim contritionis, com minuens uoluntatis habitualem duritiem interiori sensu rationis percipitur, & impellit spiritualiter ęgrotantes, ad plagas suorum criminum detegendas medicis animarum, ut per meritorios actus uirtutum, a proprio sacerdote impositos, sibi ipsis proximo & Deo, inquos peccauerunt, ieiuniis, orationibus, eleemosinis, & restitutionibus satisfaciant. Satisfactio nanque secundum quantitatem proportionalem, reducens iniquitatem ad iustitiam, peccatorum causas, abscindit, & eorum suggestionibus aditum claudit, & non ratione operis tantum, sed uirtute meritorum Christi, & infinitæ misericordiæ dei; Deo peccantes homines recon ciliat. Quamuis enim inferior superiori, nunquā reddere posit æquiualens, efficaciter tamen potest maiori minor placere, secundum tamen ac-

ceptationem maioris. Deo nanque gratiora fuerunt inopis uiduæ duo minuta, quam copia nummorum a reliquis diuitibus in templo, oblata.

XVII

Ex parte obiecti ad quod delinquens conuertitur flagitia committendo, peccata, nequeunt esse connexa, Verum ex parte auersionis, qui offenderit in uno factus est omnium reus, quo ad pænam æternam, cuius reatus una cum preteritis culpis, per passionem Christi & pænitentiæ sacramentalis uirtutem, remittitur, nisi adsit hypocrisis, irrisio, uel talium rerum defectus aut impedimentum. Sed quoniam remanet reatus pænæ temporalis, quæ debetur peccato ex parte conuersionis, ideo iniungendi sunt a sacerdotibus uel episcopis Christi uicem gerentibus, satisfactorii actus uirtutum, quibus peccator, per priuatam seu publicam, pœnitentiam siue solemnem, doleat de preterito caueat de futuro orans ut sibi debitum dimittatur & in posterum intentationem non inducatur, ne spiritualis animę decor, diuinę gratię priuatione fœdetur, & inquinetur ingrati animi uitio, adeo ut fiant nouissima hominis illius peiora prioribus.

XVIII

Sacramentorum materię quibus usus est Christus, non egent necessario, aliqua consecratione Episcoporum, quia ipse persemetipsum illas sanctificauit, sicut alias etiam ministerio eorundem sanctificat, ad designandam, plenitudinem gratiæ, & ne uideantur naturali proprietate seu uirtute operari in anima, sed ex beneplacito institutionis diuinę, in ueteri lege iamdiu præ-

figurato. Quam ob causam extrema unctio dispo- nens infirmos in articulo mortis consistẽtes ad gloriam, & reliquias criminum auferens in curationibus ueteris testamenti prefigurata, instituta fuit á Christo, dum apostoli eius imperio ad predicandũ missi, oleo ungebant egrotos ut sanarentur. Cõfertur autem a sacerdotibus per modũ curationis hoc sacramentum, & perlinitionem materię olei episcoporum benedictione consecrati adhibetur ijs sensibus in quibus potissimum uiguit radix peccati, sub forma uerborum de precante supremi numinis maiestatem, ut repellatur debilitas ex peccato relicta, & ut uigorem uitę spiritualis ęgrotantes accipiant, & robur, quo peccatorum uenia impetrata, Sathanę tentanti migrantes ex hac mortali uita diuina gratia fauente resistant.

XIX

Si diuina benignitate contingat, ut ęger nõ modo animę, sed etiam corporis ammissam recuperet sanitatem, (quod Deo facillimum esset si saluti ęgrotantium expedire cognosceret) debet rursus hoc sacramentum eidem denuo ęgrotanti grauiter adhiberi, quamuis extrema unctio appelletur. Potest enim laicus, si conualuerit. sacris initiari; & iterum in extremo tempore suę uitę hoc idem sacramentum suscipere. Non enim imprimit characterem, quo præbeat spiritualem potestatem aliquid operandi, neque habet perpetuo permanentem, in suscipiente effectum sicut illa sacramenta, quæ iterabilia nuncupantur, & aliquam rerum sacrarum præbent authoritatem; Sed sicut curatio corporis iteratur, recidiuante eodem, uel adueniente alio morbo, ita etiam animi.

ἀφορισμοὶ.i.Determinationes.

XX

Superi uirtute comprehenditur, quælibet ſibi subordinata poteſtas. Quam ob causam sacri ordinis sacramentum characterem baptismalem, neceſſario & sacræ confirmationis ſignaculum præsupponens populis uniuerseque plebi, uiros, summa sanctitate inſignes ac ſcientia pręficit: tribuens eis ſacrarum rerum dispensationem, ac poteſtatem. Requiritur enim in regimine eccleſię ordo, cuius cauſa & uirtute; prælati, ſubditorum saluti consulant, & neglecta ſi opus fuerit propria utilitate, creditas ſibi oues, e faucibus luporum eripiant. Chriſti nãque miniſtri, & dispensatores ministeriorum Dei, medij sunt inter Deum, & reliquos homines, & ſicut aliis præficiuntur in gradu honoris atque officio, ita superiores aliis eſſe debent, inferioresque se iudicare, merito sanctitatis atque exemplo. Sanctitas namque & probitas uitę requiritur in sacris ordinibus, de necesſitate præcepti, & ne eccleſia scandalis destruatur, etiam de necesſitate sacramenti, Exigitur etiam scientia, qua populus in lege Dei est instruendus & prout sacramenta sunt administranda, & quantum etiam attinet ad proprium unius cuiusque ordinati officium exequendum, & exercendum. Verum quoniam ordo habitus nunquam; sãctitas autem per peccatum ſępius potest ammitti, ideo cauere debent episcopi, apostolorum uices inter reliquos obeuntes ne immeritis atque indignis, sacros ordines conferant. Prestat enim eccleſię Dei, paucos habere ministros bonos quam multos malos, quoniam frequenter euenit, ut cuius uita despicitur, eius quoque dignitas & imperium, ſiue officium contemnatur.

ἀφορισμοὶ.i.*Determinationes.*

XXI

Iuxta diuersitatem actuum, uel officiorum quæ requiruntur in administratione rerum sacrarum & secundum uarietatem membrorum corporis mystici cuius caput est Christus plures quoque in ecclesia Dei necesse est instituere gradus atque ordines inter se uaria dignitate distinctos quate nus referuntur ad authoritatem potestatem, consecrationem, benedictioné, pręparationem, exhibitionem, usum, ministerium ac dispensationem sacramentorum & præsertim eucharistiæ. Qua propter unum tantum Pontificem maximum, Deus in unica ecclesia sua constituit (non est enim potestas nisi à Deo ut habeat plenitudinem potestatis, atque omnem iuris ditionis authoritatem & sublimiorem gradum contineat dignitatis quæ à Christo per pontificem qui Papa, hoc est, pater patrũ διὰ τὴν ἀκρόλοξιν merito nuncupatur in episcopis, per ipsius participationem emanat, à quibus post modum deriuatur in sacerdotibus, diaconis, subdiaconis, acolytis, lectoribus hostiarijs & exorcistis qui per ordinis sacramentum sunt dedicandi & consecrandi Deo ministerio episcoporum qui sicut uasa & uestes templa & altaria, & reliqua sacris officijs necessaria sua benedtione diuino cultui & obsequio dedicant ita quoque debent uiros tantum summa probitate atque eruditione præclaros, legittimos atque ingenuos, nullaque corporis parte turpiter ac deformiter uitiatos (nisi cum illis fuerit dispensatum) consecrare eisdemqus ordinis claues committere, illis penitus ab hoc sacramẽto repulsis qui propter impedimentum actus uel ob defectum claritatis personę non habent habilitatem ad tractanda diuina.

Matri-

ἀφορισμοὶ .i. Determinationes

XXII

Matrimoniũ ante pecc tum in naturæ officium & post hominis lapsum etiam ob peccati remedium institutum, nouę legis est sacramentum, quatenus re presentat mysterium coniunctionis Christi & eccle się, cuius nexus inseparabilis uirtute institutionis ac præcepti diuini operatur ad gratiam, quæ monens, & muniens matrem adiuuat coniugatos ad illa ope randa quæ in connubio requiruntur. Coniungun tur enim maritus & uxor in unitate uitæ spiritualis, in Dei obsequium, in bono procreandę prolis, & educãdæ in obligatione indissolubilis societatis, & in relatione æquiparantię per mutuum animorum consensum, qui optima intentione, per uerba de prę senti exprimitur atque pronunciatur. Nam uerba de futuro nequeunt esse forma istius sacramenti, cũ tantum promittant & illud non efficiant & posint non efficere quod significant, quod alienum est a uirtute sacramentorum, Vnde actus coniugii sunt materia, uerba consensus forma desponsationis au tem uinculum res & sacramentum, quod in sponsa lium pollicitationibus initium, & in usu propagatio nis finem assumit:

XXIII

Promisiones futurarum nuptiarum, & quæ ad eas attineut, sponsalia nuncupantur, quæ uel a paren tibus fiunt, uel ab ipsis legitimo connubio coniun gend s absolute, seu sub aliqua honesta conditione, quæ bonis matrimonii non repugnet, Confirmari autem solent & debent eiusmodi sponsalia, aliqua cautione, seu contractu, à desponsandis quidem ul tro & libere, postquam annos discretionis seu doci litatis attigerint, a parentibus autem non inuitis

ſuis liberis aut ignaris, ſed ſponte aſſentientibus. Quamuis enim filii ſint in poteſtate parentum, non ſunt tamen cogendi, contra uoluntatem & ius ſuum ad indiuiduam uitæ conſuetudinem, & maritalem coniunctionem, mutuamque corporum poteſtatem, iungendam cum illis à quorum forte conſuetudine & cõmunis uitæ cõſortio abhorrerent. Caueri autem debet ab omnibus ne latentia ſeu clandeſtina matrimonia fiant, ob euitandas fraudes & dolos quibus decipiuntur incaute delinquentes, dum temere aſſentiuntur tanquam hamo uoluptatis decepti in copulam carnalem, quæ non modo non eſt matrimonium, quin potius ſtupri, & fornicationis impuriſsimus actus, qui bonis Matrimonii non eſt excuſandus & honeſtandus, quę ſunt fides proles, & ſacramentum.

XXIIII

Nihil unquam fieri ab hominibus debet, quod à ſacris iuſtisque legibus ſit alienum. Verum ne quis decipiatur, & in animę ſuæ perniciem matrimonio copuletur caueat ne impedimentis quibusdam contrahendum, aut iam contractum, matrimonium ſit dirimendum. Prohibentur enim a legibus cuncta nefanda, nihilque unquam ſacra decreta impoſsibile iubent ἄτοπος γὰρ τὰ ἀδύνατα ζητῶν ὁ νοῦς. Quamobrem impedimenta matrimonii deſcribuntur uerſibus iſtis.

Error, conditio, uotum, cognatio, crimen,
Cultus diſparitas, uis ordo, ligamen, honeſtas,
Si ſis affinis ſi forte coire nequibis,
Hæc ſocianda uetant, connubia iuncta retractãt.

Quæ ſi recte intelligantur facile cognoſcetur quonam pacto matrimonia debeant eſſe rata optimequę

contracta,& quibus etiam causis diuortium seu repudium fieri possit.

XXV.

Quoniam ex forma sacramenti consenserunt con nubio iuncti, in mutuam suorum corporum potestatem,ideo debent sibi inuicem debitum reddere dummodo petitio debiti non sit iniusta exactio ex qua sequatur alterius detrimentum. Quod siquis illorum in morbum inciderit possunt solui sponsalia non tamen matrimonium Debet enim uxori uir debitum reddere, & econuerso, in his quę pertinent ad sobolis generationem, & ad fornicationem euitandam habita ueruntamen proprię incolumitatis ratione cum sociorum commodis consulendum sit nulliusque profectus in bono debeat impediri nisi proprium malum ac præiudicium inde procedat. Aduertendum tamen quòd sicut quędam loca deputata sunt actionibus sacris,ita etiam quædam sunt tẽpora spiritualibus tantum operibus dedicata, in quibus propter diuinorum mysteriorum,quę recoluntur ab ecclesia reuerentiam, nefas esse videtur petere, non tamen petitum reddere debitum, in coniugio ne ob unius continentiam alter in fædum, crimen aliquod prolabatur. Non enim licet ad carnis flagitia euitanda plures simul habere uxores in statu gratię, quod indicat zelus qui est amor non conpatiens consortium in amatis, Sed successiiue post obitum alterius coniugis alia possunt matrimonia contrahi, cum hoc sacramentum denuo ualeat iterari. Quam uis enim in lege ueteri ex dispensatione diuina patriarchę permitterẽtur plures simul habere pellices & uxores, tamen in noua lege, Qui viderit mulierem ad concupiscendum eam, nedum

ad concumbendum, iam fornicatus vel mechatus est eam incorde suo.

XXVI

Potestas clauium ecclesię qua cœlum aperitur & clauditur deriuata est à Christo habente clauem Dauid, hoc est ligandi & soluendi facultatem, & amplissimę iurisditionis authoritetem atque scientiam, cuius virtute duodecim apostolos & discipulos septuaginta duos instituit, quàm etiam Petro & successoribus eius ecclesiam suam super ipsius peædificaturum se esse promittens, & reliquis deinde etiam discipulis contulit. Vnde Petrus etiam ante aduentum spiritus sancti Mathiam episcopum ordinauit, alii vero episcopi vnà cum ipso postea. septem instituere diaconos, qui & ipsi claues & usum officij & ministerij sibi crediti acceperunt sicut & in eminentioti gradu constituti sacerdotes duas ordinis claues accipiunt, hoc est scientiam discernendi & potentiam iudicandi, in foro conscientię quibus non proprio arbitrio uti debent, sed secundũ determinationem iustitię & iuris diuini, & posestatis superioris limitationem, quę in foro ecclesię, habet iurisditionis clauem atque authoritatem, à qua inferiores potentię regulantur ne quid faciant contra propriam & subditorum sibi populorum salutem.

XXVII.

Separantur à communione ecclesię, peccatores incorrigibiles & contumaces, & ex mandato Domini, tanquam ethnici reputantur cum nec auc quidem illis sit dicendum, ut pœna spirituali plectantur, & repelluntur minori excomunicatione à participatione sacramentorum, maiori autem etiam à

ἀφορισμοὶ.i. Determinationes.

cœtu fidelium per authoritatem summi sacerdotis aut eorum qui habent ab ipso clauem iurisditionis (nisi illius usum amiserint, aut ab ordine & officio suo suspensi fuerint) in foro iudicali, in quo non solum Deo sicut in foro pęnitentiali sed etiam hominibus satisfieri debet. Unde in eo maior solemnitas requiritur & potestas, atque hanc ob causam nequeunt simplices sacerdotes, aut etiam parochiales nisi ex commissione anathematisi sententiam ferre neque excomunicatos, aut suspensos, eorundemque malignis operibus in ecclesiæ contemptum, cõmunicantes absoluere, neque etiam solemnem pœnitentiam, vel potius satisfactionem publice delintibus irreiterabiliter ne uilescat, iniungere; Hoc enim pertinet ad sublimiorem iurisditionis clauem uel potestatem, cui debent semper esse subiecti, Sed nec aliquibus fidelibus licet (nisi forte charitatis aut necessitatis causa) cum ipsis commercium aliquo pacto habere, si sciuerint eos, ab ecclesia fuisse tali pœna punitos, sed & illud quoque addendum est, optime fuisse ab ecclesia institutum, ut hęretici insurgentes aduersus Christi euangelium, mortis & pœnę alicuius sensibilis supplicio punirentur, pręsertim ubi desperanda est penitus eorum correctio, ne falsę doctrinę contagio populos inficiant, eosdemque in suam sententiam inducentes á Deo deficere & satanę adhęrere hortentur atque suadeant, quod facile Ananię & Saphirę exemplo in re minoris momenti probari potest, atque insuper Elymę magi qui authoritate diui Pauli excęcatus est dum Proconsulem à fide auertere suis maleficiis niteretur.

ἀφορισμα. i. Determinationes.

XXVIII

Pontifex maximus, apud quem ordinatione diuina, clauium iurisditionis & ordinis potestas plenaria residet. sicut pertinaciter delinquentes, uinculo excomunicationis & interdicti, iuste ligat & punit, ita ex ui absolutionis & indulgentiarum misericorditer debita peccatorum remittit. Quemadmodum enim diuus Paulus aliquid Corinthiis in persona Christi donauit ne circumueniretur à satana, sic & pater patrum thesauros ecclesię spirituales dispensans, contritis, confessis & absolutis applicat merita Christi & opera meritoria & satisfactoria, siue super erogationis & super abundantiæ sanctorum adimplétium ea quę desunt passioni Christi in carne sua pro corpore eius quod est ecclesia, sicut deseipso Paulus asserebat. Possunt enim opera, & suffragia unius ex ui charitatis, & ex intentione operantis alteri communicari, adhiberi, & deputari. Sed si quis optima opera supererogationis & merita sua ordinet ad bonum commune illa tunc tanquam ad ius publicum pertinentia sunt dispensanda & distribuéda secundum arbitrium optimumque iudicium eius qui uniuersę multitudini præest, dignis tamen hominibus uereque pœnitentibus ut remissionem pœnę post absolutionem residuæ cõsequantur. Si quis autem pænitentiam a suis malis operibus agere nolit magis utique indulgentiæ indiget, sed est minus capax præsertim si excontemptu renuat indulgétiæ munus sibi clementer obtatum. Quamobrem ut indulgentię ualeant, requiritur, in dante quidé authoritas, in suscipiente uero charitas, in causa auté pietas, quę Dei honorem, & proximi utilitatem respiciat semper atque contineat.

ἀφορισμοὶ .i. Determinationes.

XXIX

Post corporis interitum remanent potentiæ sensitiuæ in anima radicaliter, & tanquam in principio, haud aliter quam rosa hyemis tempore uirtualiter reperiatur in suis causis. Actus enim organorum fluunt a suis potentiis, quæ non comparantur ad animam sicut pasiones naturales ad subiectum, sed sicut ad originem, quoniam non sunt partes integrales, sed potentiales uel potestatiuæ, quibus anima in corpore proprias operationes exercet. Cum autem postea fuerit separata remanet in ea uirtus & facultas quædam cum efficacia influendi potētias cū corpori denuo unietur haud aliter quam uirtus producendæ arboris in semine soleat remanere. Potest igitur realiter pœnam sensus pati ab igne corporeo quoniam sicut peccando ultro se subdidit corporalibus rebus, ita pænas luendo, inuite ignis corporei suppliciis subiicitur crucianda. Nam sicut uiuentis spiritus ita detinetur in corpore, ut secundum essentiam alibi esse nequeat (nisi forte per imaginationē & cogitationem) ita anima cuiuscunque damnati, seiuncta ab altera parte compositi perpetuis gehennæ ignibus alligabitur. Spiritus enim corpori potest uniri ut materię forma, ut mobili mouens, & tā quam locatum alligari loco definitiue, ita ut alibi manere non posit. qui locus cum ex propria natura sit igneus, uel sicut in concauo speculorum cerni tur orbe radiis solis ignitus, uicina comburens, cū que etiam sit instrumentum diuinæ iustitiæ operabitur in anima non solum suæ naturæ uirtute, sed etiam principalis agentis detinens ipsam sibi tanquā in carcerē alligatā. Vt cū intellectus eum cognoscat & apprehendat tanquam nociuum uehementius torqueatur,

ἀφορισμα .i. Determinationes.

XXX

In domo Dei plures sunt mansiones, in quibus animę sanctorum, per uarios fœlicitatis gradus beantur, & plura etiam receptacula animarum in abditis terræ penetralibus reperiũtur. Locus enim deputatur animabus post obitum, secundum cõgruentiam prẹmii, & pęnæ, quę humanarum actionum sunt fines. Distinguntur autem hæc loca, secundũ status animarum diuersos, & quantum ad situm, & etiam iuxta uariam qualitatem infernalium locorũ in quibus, existentes, secundum diuersitatem culparum diuersa etiam sustinent tormenta pænarum. Anima enim quamdiu fuerit corpori mortali coniũcta est in statu merendi, separata uero a corporis mole est in statu recipiendi pro meritis bonum, & demeritis malum. Verum si finalem recipit retributionem, quantum ad bonum, in paradisum defertur & in cœlo empyreo collocatur, si quantum ad malum ratione actualis culpæ atque mortalis, detruditur in infernum. Sed ratione originalis peccati, in limbo puerorum detinetur. Si uero fuerit in statu in quo impeditur a finali retributione consequẽda ex defectu personę, in purgatorio relegatur, & hi sunt status animarum, post Christi passionem. Verum ante descensum eius ad inferos, reperiebatur alius status earum, quæ habebant impedimentum ex parte naturę, Locus autem ipsis deputatus lymbus patrum appellabatur, seu potius sinus abrahæ ratione quietis, quam habebant patres ueteris testamenti, sperantes ad optatum tandem beatitudinis, & fœlicitatis ęternę portũ ex merito passionis Christi sibi esse peruemendum, ibidemque perpetuo permanendum.

ἀφορισμοὶ.i.Determinationes.

XXXI

Coniuncti in charitate, sibi mutuo prosunt, in bonis operibus; quemadmodum unum membrum iuuatur per alterum, propter sanctorum communionem, quam Dauid regius uates in spiritu praecognoscens dixit, particeps ego sum omnium timentium te, quoniam debet alter alterius onera portare, dimittere etiam, & si fieri possit soluere quoque debita sui fratris. Et licet ex ieiunio unius caro alterius non dometur & quamuis etiam scriptum sit, tu reddes unicuique secundum opera sua, tamen uirtute charitatis, qua multi unum corpus sumus in christo, singuli autem alterius membra omnes per gratiam bene operando merentes sibi gloriam, & praemium essẽtiale, possunt alijs quoque gratiam relinquendi peccatum impetrare, aut etiam remissionem paenae, & praemium tandem accidentale. Nam & si nullus potest pro alio confiteri nec reliqua sacramenta suscipere, potest tamen, per restitutionẽ pro alio si quid forte furto surripuit satisfacere, uel exorare Deum pro illius salute, ut dimissa culpa, reatu & paena aeterna peccato debita, ex parte auersionis ab in commutabili bono, remittat etiam pęnã temporalem, quam subire debet peccator ex parte conuersionis, & cui obnoxius est propter ommissionem boni & commissionem, mali, cum dicat summa ueritas haec oportuit facere & illa non omittere.

XXXII.

Vinculum, charitatis, ob uitae spiritualis communicationem, non solum ad uiuentes, sed etiam ad defunctos qui in charitate decesserunt cum aliquo tamen paenae tamporalis reatu se extendit cum dicat

apostolus charitas nunquam excidit. Vnde sicut sãtorum meritis & precibus, uiuentes possunt iuuari ita mortuorum manes, pijs viuentium satisfactionibus assequi possunt pænę temporalis cui obnoxij sunt remissionem. Viuunt enim mortui quodã modo, in memoriis atque in mentibus hominum, quorum intentio ad Deum pro illorum salute ex charitate dirigi potest. Iuuantur etiam defunctorum animæ deprecationibus ecclesiæ, si fuerint capaces, hoc est, si viuendo, meruerunt, ut post corporum interitum iuuarentur Opera enim illorum, quæ iãm quantum ad actum pręterierunt, sequntur illos quã tum ad meritum uel reatum pænæ temporalis, (nisi fuerint damnati) quæ est supplementum satisfactionis, non dum plene ac perfecte completæ ante quã migrarent euita illi, qui uere contriti & confessi, satisfacere non potuerunt. Merentur itaque sibi pro aliis satisfacientes, per charitatis actus, qui non modo ad animum, sed ad corpus quoque spectare videntur. Humanitatis enim & pietatis officium, est ex hibendum corporibus defunctorum, quæ & ipsa quoque pertinent ad prouidentiam Dei, ne a canibus deuorẽtur neue in satanę potestatem deueniant, qui ausus est velle corpus moysis in suam potestatem redigere, cuius causa altercatus est etiam cũ Diuo Michaele archangelo, cuius ope ac patrocinio, fuit cadauer illud, sicut animę atque corpora cęterorum sanctorum a diabolo in omnes homines sęuiente protectum.

XXXIII.

Animę sanctorum, cum per uenerint ad æternę beatitudinis terminum, uident non solum uerbum cuius gratia semper gaudent in cœlis atque letan-

tur ſicut angeli Dei, sed etiam in eodem uerbo intuentur, quęcũque pertinent ad gloriam ſuam quã ſine charitate, nunquam penitus posſiderent. Pertinet autem autem ad sanctorum glotiam ut excharitatis officio auxiliũ petentibus afferant. Vnde ſicut quidam illorum futuri ſunt συνδίκοι .i. coniudices Chriſti, ita etiam cęteri tanquam aduocati opem clientibus ſuis intercesſionibus ferunt, quibus deũ exorant, ut ad ſuum patrocinium cõfugientes digni efficiantur promisſionibus chriſti. Quamuis enim non ſint in ſtatu merendi, ſunt tamen in ſtatu aliis impetrandi, quęcunque bona pertinent ad animarum salutem, que proculdubio obtinent cum habeant facultatem ex merito pręcedenti adiuuandi ſuum pręſidiũ implorantes; quia uiuentes meruerunt (ſicut cognitum & ſtatutum eſt apud Deum) ut aliqui eorum pręcibus iuuarẽtur Verum ſiquis criminibus nunquam finem imponat, & adijciendo peccatum ſupra peccatum diuinę gratię ſemper obicẽ ponat, non poteſt, tanquam indignus diuini muneris gratiam conſequi. cum ſancto ſpiritu reuelante dixerit hieremias, in Dei perſona loquens ſi ſteterit coram me moyſes & ſamuel, non erit anima mea ad populum iſtum. Quicunque igitur optat ſanctorũ pręcibus adiuuari imitetur eorum ſanctitatem ac merita, quibus Deo reuelante, cognoſcentes, uel occultas corde tantum ſupplicantiũ pręces, a Deo qui ſolus per ſe nouit abſcondita cordis impetrabunt & obtinebunt omnia quę pie, cũ charitate fuerint poſtulata.

XXXIIII

Tres hactenus ſtatus humanũ genus eſt expertũ inquibus abũdauit iniquitas, inter impios ac per-

fidoshomines,& charitas ſemper refriguit, ſed quo niam finis habet rationem principii, ideo ſupereſt quintus qui primo aliqua ex parte correſpondebit, eritque ſimilimmus. Primus enim ſtatus innocentię fuit, ſecundus naturę tertius legis quartus gratiæ, quintus autem poſtmodum erit gloriæ, in quo nullis opus erit ſacrificiis, nec ſacramentis, quibus deus colatur, & uideatur per ſpeculum in ęnigmate, sed tunc contemplabimur, cognoſcemus, & uidebimus Denm facie ad faciem, quoniam cum Chriſtus apparuerit uita noſtra, tunc, & nos apparebimus cum ipſo in gloriæ, ſi tamen ita uiuemus, ut diuinę benedictionis participes fieri mereamur, Omnes enim manifeſtari oportet ante tribunal Chriſti, in die iudicii uniuerſalis; & ſingulos in tempore iudicii particularis, ut referat unusquisque propria prout geſſit ſiue bonum, ſiue malum.

XXXV

Per creationem homines habuerunt eſſe in ſtatu naturæ, per incarnationem autem filii Dei, ſiue per primum humilitatis eius aduentum, acceperuut munera reconciliationis diuinæ in ſtatu gratiæ, in ſecundo autem Chriſti aduenru, per corporum reſurrectionem, recipere debēt ſuum ultimum finem, secundum ſententiam iuſtiſsimi iudicii Dei. Verum quoniam hominum non eſt noſſe tempora vel momenta quę pater poſuit in ſua poteſtate, ideo a nemine certe cognoſcitur iudicii tempus, niſi per coniecturas, & ſigna quędam, cum dicat amos propheta, non faciet dominus verbum, niſi reuelauerit ad ſeruos ſuos prophetas. Vnde ante diem iudicii, virtutes cœlorum moue

buntur, eruntque ſigna in ſolè, luna & ſtellis, & in terris prȩſſura gentium, areſcentibus hominibus prȩ timore & expectatione, quæ ſuper uenient uniuerſo orbi, Cœli nanque ardentes ſoluentur & elementa ignis ardore tabeſcent, quoniam nihil eſt tam ſanctum, atque perfectum quin eo impuriſsimi, ac perditi homines abutantur, ſi in eorum fuerit poteſtatem redactum. Quàm obrem cum uniuerſa homines mali, ac dæmones, in explendis ſuis libidinibus fœdauerint atque polluerint, ad auferendam immunditiam culpæ, opus eſt purgatione, qua per ignem omnia innouentur, qui ſuȩ lucis puritate, propter efficaciam virtutis actiuæ non patitur commixtionem rei extraneȩ & ſicut per aquam tempore diluuii, purgatus eſt mundus, ita per flammam ignis dantis vindictam, remouebuntur a corporibus diſpoſitiones contrariæ perfectioni æternitatis & gloriȩ, & per conflagrationem ignis prȩcedet nō modo iudicii, ſed etiam reſurrectionis diem, Per punitionem autém malorum, inflammabit inimicos Dei, quos gehenna inextinguibilis perpetuo, ſine conſumptione comburet. Quidquid enim eſt mali in uniuerſo mundo retrudetur in infernum, ad augendam miſeriam damnatorum. Multa quoque alia ſigna, apparebunt antequam homines ad ſtatū gloriȩ perducantur, quȩ Dominus ipſe ſuis apoſtolis declarauit, & quāuis dies dn̄i uenturus ſit ſicut fur in nocte, quia ignoratur determinatum tempus iudicii extremi, tamen non prius adueniet, quam omnia ſigna præceſſerint fuerintque completa, quāquam in temporibus diuerſis appareant. Dicebat. n. Diuus ſanctiſsimusq; Ioannes, antichriſtus iā venit, & nunc antichriſti multi facti ſunt. Debent enim omnia in-

nouari,iuxta uaticinium eiusdem Diui Ioannis.qui non solum dilectus discipulus Christi fuit, uerum etiam apostolus euangelista,& uates eximius, inter cęteros qui Dei filium summopere diligebant, qui in sua prophetica uisione,nouum cęlum,nouamque terram se uidisse asseruit.

XXXVI

Dona Dei cuius uoluntati, ratione infinitæ uirtu tutis, natura paret ad nutum,ad homines mediante Christi humanitate proueniunt, & ideo ingenti uirtutis diuinæ miraculo,dominus ipse,in iussu, & in uoce archangeli & in tuba Dei descendet de cęlo,& dabit uoci suę uocem uirtutis, ita ut mortui qui in monumentis sunt audiant uocem filii Dei. Anima enim non permanebit in ęternum,a corpore separata, sed sicut arbores,autumnali, uel hyberno tempore arescunt,& quodammodo moriuntur, uerno autem seu ęstiuo, florent & fructus ferunt, & reuiuiscere aliquo pacto uidentur(quamuis hæc similitudo sicut & reliquę non dicat identitatem) & sicut etiam sericei bombices,in suis folliculis mortui & ut ita dicam fere sepulti, papiliones inde resurgunt,ita animę,nutu diuino ministerio angelorum, collectis cadauerum cineribus,denuo suis corporibus unientur. Vt enim reformentur, & renouentur,corpora sunt dissoluenda,& animę sunt purgandæ,haud secus quam fieri soleat, in æneis uel æreis uasibus uel statuis ueteribus cum melioribus typis sunt reficiendæ uel renouandę.

XXXVII

Vt cuncti mortui homines simul resurgant non quemadmodum allucinantes quidam philosophi arbitrati sunt, post reuolutionem maximi anni com-

pletam, uel per animarum in diuersis corporibus successiuam transmigrationem, sed sicut in principio temporis cuncta condita fuerunt atque creata, ita in fine temporis cuncta recreabuntur ac renouabuntur, omnes enim resurgemus in momento in ictu oculi in nouissima tuba, immutabuntur autem sancti a dextris uirtutis Dei constituti per glorificationem corporum. Anima nãque idem numero corpus in resurrectione resumet cui in vita mortali, iuncta fuerit sicut materia formæ & sicut instrumentum agenti, quãuis ratione gloriæ vel miseriæ non eodẽ modo se habeat, Ideo.n. necesse est ponere resurrectionẽ, vt homo finẽ suũ, cuius causa fuit conditus, consequatur, quẽ in præsenti uita consequi nequit nec in statu animę separatæ, cũ beatitudo finalis debeat cõpetere toti cõposito, & non alteri tãtum parti. Quamobrem cuncta humani corporis mẽbra organica & non organica resurgent cũ omnibus humoribus non ad restaurationẽ deperditi, sed ad integritatẽ humanę naturæ reparandã, & ad naturalis virtutis perfectionẽ ostendendã,

XXXVIII

Nullus erit in corporibus resurgentiũ senectutis seu infirmitatis defectus aut naturæ vitium, sed occurremus oẽs in virũ perfectũ quoad virtutẽ animi, non quoad sexum, in mensurã ætatis plenitudinis Christi, Sicut.n. Deus humanã naturã absque defectu instituit, ita etiã reparabit. Reducetur.n. humanũ genus per resurrectionẽ ad statũ vltimæ suę perfectionis qui est in virili ætate, ad quã terminatur motus augumenti & incipit decremẽtũ, cũ virtute diuina debeat reparari humana natura non solum quoad speciem, sed etiam quoad indiuiduũ, vt illis

opeationibus utatur quæ ad suam beatitudinem tantum sunt referendę & ideo illæ operationes naturales quæ ordinantur ad animalem uitam, uel causándam uel conseruandam non erunt necessarię in resurrectione. Dixit.n.sacri euangelii author ἐν γὰρ τῇ ἀναστάσει οὔτε γαμοῦσιν οὔτε ἐκγαμίζονται ἀλλ' ὡς ἄγγελοι τοῦ θεοῦ ἐν οὐρανῷ εἰσί.

XXXIX.

Post resurrectionem anima sanctorum uirtute diuina dominabitur corpori quod induet incorruptionem & immortalitatem, quanquam ex dissidentibus inter se pattibus elementaribus ratione qualitatum quę aptę sunt ad agendū & patiendum inter se debeat esse compositum Beatorum nanque corpora nulli passioni destructiuę sed perfectiuę tantū erunt subiecta quatenus recipient à deo glorificationem cum reliquis dotibus requisitis ad ad felicitatem æternæ retributionis, cuius beneficio perfectionem recipiendo patientur in actu sentiendi, cum sentire sit quoddam pati, eo quod sensus spirituali tantum immutatione perficietur, ita ut una potentia animæ nunquam aliam impediat, neque retrahat ab operatione suæ uirtutis, quia omnes sine reluctatione superiori animę portioni Deo subiectę obedient, Gloria enim nō tollit naturam, sed diuinas illi proprietates atque Perfectiones adiungit.

XXXX

Proprietates glorię excedunt proprietates naturę Quam ob causam animale corpus resurget spirituale cum omnibus sensibus deseruientibus non necessitati sed integritati naturæ. Non enim esurient neque sitient amplius corpora beatorum quia cibabuntur Pane uitæ & intellectus, & potabūtur aqua

cendas

perennis salutis & glorię, per quam intuebuntur & uidebunt Deum, & ex qua uisione felices in eternũ diuinas laudes & pręconia recolent, ueruntamen organa sensus alteratione naturali non immutabuntur à rebus extra animam existentibus, quemadmodum cum manus ex contactu uel attritu rei odoriferę fit odorifera, sed intentionaliter tantum uel spiritualiter, ut cum pupilla oculi percipit albedinem sine sui mutatione. Nam sensus iuxta diuersitatem medii nunc non recipit species sine materia, in statu autem patrię non egebit lumine solis neque lunę, quoniam claritas Dei illuminabit animas & corpora beatorum, qui humana & sensibilia despicientes, intelligibilia & diuina semper amabunt.

XXXXI.

Formaliora & subtiliora sunt illa corpora, quę sub æqualibus dimensionibus minus habent de materia, hinc fit ut aer sit nobilius elementum quàm aqua, quoniam sicut ex uno pugillo terrę fiunt decem aquę, ita ex uno aquę decem aeris, & sic de singulis, Vnde subtilitatis nomen est sumptum à uirtute penetrandi cui materialis quantitas obstat. Corporibus itaque gloriosis conueniet subtilitas, non propter paucitatem materię ex qua raritas & tenuitas oritur, sed propter effectum spiritualis potentię, cuius uirtute corpus spiritui subiectũ semper illi parebit & obsequetur, itaut diuina uirtute subueniente corpora sanctorum penetrent sine aliqua diuisione sphęras cęlestes quoad perueniant ad cœlũ empyreum quamuis etiam sint sensibilia secundum tactum non tamen hoc erit quemadmodum aer, qui cum sit ratione qualitatum sensibilis, nõ est tñ palpabilis & nunquam transeunti resistit cum sit facilli-

me diuisionis; sed uirtute diuina operante corpora glorificata erunt sensibilia quoad omnes sensus & ita subtilia ut facile pateat ipsis aditus uel clausis ia nuis intro eundi quocunque sibi placuerit, cum di xerit regius uates, In Deo meo trãsgrediar murũ.

XXXXII

Non erit aliquis labor in motibus corporum beatorum propter habilitatem quam habebũt ad exercendas proprias operationes ob agilitatem & dispositionẽ quã Deus sanctis suis donabit; Corpus enim subtilitatis ratione subiectũ erit animę ut forma, & ratione agilitatis ut motor, Sancti.n.ut aquilæ volabunt & non deficient, quia ubicunque uoluerit spiritus ibi erit & corpus, non tamen in instanti fiet hic motus sed in tempore breui atque determinato secundum proportionem ob transitum & resistentiam medii uelocitati uel tarditati congruentem. Nam licet anima glorificata excedat in ęstimabilter virtutem animæ quę glorificationis nõdum est particeps, non tamen excedit in infinitum, unde respectu diuersorum locorum uel temporum non poterit esse secundum existentiam simul et semel in termino à quo & ad quem, sed successiue per summam celeritatem sine fatigatione mouebitur localiter corpus ad nutum uel ad imperium uolutatis in diuersis in stantibs & in tempore quodammodo in ęxtimabili seu imperceptibili.

XXXXIII.

Ex meritosuę uirtutis accipient per misericordiam & gratiam Dei, corpora cum Christo iustitię sole, uiuentia claritatem ingentem qua fulgebunt sicut stellę in perpetuas ęternitates, & sicut stella differt à stella in claritate, ita & animę sanctorum clari

αφοϱισμοι .i. Determinationes

ores erunt secundum maius meritum suarum uirtutum, Cognoscetur enim animę gloria, haud aliter quàm color siue fulgor corporis quod continetur in uase uitreo siue in lampade secundum proportionem quę erit uisibilis ad uisum ad imperiũ uoluntatis, Claritas enim illa obediet corpori uel homini glorioso ut posit eam ostendere uel occultare, & cum peruii sint illi colores, quibus corpus illud erit affectum, erit in potestate illius ut corpus quod fuerit post se non occultet quod illi potissimum cõueniet ratione beatitatis animæ, quæ tunc erit maior cum fuerit rursus corpori nunquam sibi resistenti sed potius perpetuo seruienti adiuncta, Totũ enim sicut est maius sic etiam est qualibet sui parte perfectius.

XXXXIIII.

Anima, corpus, & quod ex utrisque componitur exactum referũt aliquo pacto uestigium Trinitatis, quæ in se ducta tres prębet corpori glorificato pręcipuas dotes seu proprietates, carentiam defectuũ incorruptibilitatem & impasibilitatem tres insuper animę, uisionem dilectionem & fruitionem, & tres tandem quę sunt totius coniunti, quãujs corpori per animę redundantiam ut plurimum tribuantur subtilitatem, agilitatem, & claritatem, quę dotes unicuique sanctorum tribuentur quatenus fuerunt membra ecclesię, quę est sponsa Christi, Sed quoniã quamdiu sumus in hac uia peregrinamur a Domino ideo non recipitur possesio dotis nisi cum perueni tur in domo sponsi quo Deo dante bene agentes facile perfruemur. Dos enim est ornatus corporis, & animæ in æterna beatitudine iugiter perseuerans dicta a similitudine dotis per quam sponsa delectabili

ter ſponſo coniugitur, cum det ei dotis uſum, eiuſdem dominum atque proprietatem ſibi reſeruans, Sed cum beatitudo ſine delectatione haberi, nequeat, ideo delectabuntur perpetuo Deum per munditiam cordis uidentes atque amantes, & per fruitionem apprehendentes, non tantum, ratione obiecti, ſed etiam uiſionis, quæ ſane iucundiſsima ſemper erit operatio fælicitatis æternę.

XLV.

Merces laborantibus in uinea Domini reddenda ſeu prémium beatitudinis eſſentiale aurea nuncupatur. præmium autem accidentale per diminutionem ab illa deducitur cum ſit gaudium aſſumptum per conformitatem ad Chriſtum. Beatitudo nanque cunctorum bonorum quæ neceſſaria ſunt aggregationem includit, que competit omnibus qui diuina ſeruauere pręcepta. Aureola uero ſecundum decentiam & participationem quandam, ad bene beatitudinis eſſe ſuperadditur his qui etiam diuinis conſiliis paruerunt. Præmium enim & ratione charitatis & in genere moris merito correſpondet, cum non tantum uictoriæ fructus, ſed etiam corona quædam triumphantibus uictoribus debeatur, Conuenit enim aureola propter opera ſupererogationis martyribus qui pugnantes mundum eiuſdemque tyrannos, & uim iraſcibilem per fortitudinem ſuperarunt, Competit etiam caſtis hominibus, qui certātes aduerſus concupiſcentiam uirtute continentiæ carnis, & luxus, uictoriam ſunt adepti. Doctores quoque ſunt aureola decorandi, qui rationis iudicio diabolum expugnantes expulerunt eum & a ſeipſis & a cordibus fidelium uirtute ſeminis, hoc eſt, uerbi diuini, quod plurimum utilitatis eccleſiæ Dei

uariis uirtutibus attulit & uberrimos fructus, quos capient Deo uiuentes tunc maxime cum anima rursus suo corpori iuncta suorum laborum pręmia consequetur, & cum etiam mens humana sincera & sancta delectatione refecta, ęternis tandem & diuinis gaudiis perfruetur.

XXXXVI

Deus est intelligibile lumen purificans mentem quamcunque creatam, ut ueritatem summam secundum suam capacitatem per contemplationem & cōsiderationem, & per quandam diuinę lucis impressionem intueantur atque cognoscant, & quamuis finiti ad infinitum nulla sit proportio, potest tamen esse aliqua proportionalitas qua uidebitur deus nō tñ totaliter cōprehendetur propter suam immensitatem, Infinitum enim priuatiue sumptum est ignotū, non tamen negatiue, Nam in uisione qua Deus uidebitur diuina essentia erit quasi forma intentionalis intellectus non per conuenientiam in natura, sed in similitudine & habitudine quę est inter intelligēs & intellectum, Mens enim lapidem intelligens non est ei similis in esse naturali & reali, sed intentionali & rationali. Deus enim quem nunc per speculū in ænigmate uidemus, in uia facie ad faciem uidebitur per essentiā suam intellectui assistentem in patria, quoniam uidebimus eum sicuti est, Ideo enim mundi corde beati erunt, quoniā Deū spiritualibus oculis mentis uidebunt, cū manifestabit illis se ipsum, ne desideriū sanctorū frustretur quin finē sibi uisionis diuinę propositum assequantur, Intelligibile enim ideo est perfectio intelligentis, quoniam nō cognoscitur nisi quatenus est in actu, unde materialia non cognoscuntur nisi p abstractionē & materia

ipsa per analogiam ad formam. Deus autem cum sit principium essendi erit medium cognoscendi & finis quo mens humana perficietur ac beatificabitur per Christum dominum nostrum.

XLVII

Multa sciuntur a Deo per notitiam simplicis intelligentiæ quæ nec angelis quidem sunt cognita, Multa quoque Deus scientia uisionis intelligit quę omnia a mentibus creatis cognosci nequeunt, Nam diuersę sunt uniuscuiusque rei proprietates, & innumerabiles quodammodo habitudines ad cunctas res alias quas inferiores angeli a superioribus edocētur per scibiles rationes, homines autem Deum uidentes non omnia quę sunt in uerbo intuebuntur, sed tantum quæ ad suam beatitudinem pertinebunt & satiabuntur a parte gloriæ Domini quā diuina gratia consequentur, nec tamen ideo erunt ignari, quia imperitus est is qui non cognouit quemadmodum oporteat eum scire, atque insuper qui ignorat quæcunque necesse est sibi atque utile scire. Quamuis enim essentia diuina instar speculi contineat uarias rationes omnium scibilium, non tamen coniungetur cuilibet intellectui creato quatenus est ratio omnium, sed singulis aliquorum, Deus enim non se habet ad intellectum possibilem sicut agens sed sicut lumen tenebras omnium miseriarum expellens, & diffundens radios suæ immensę bonitatis & claritatis, cuius lucerna est agnus qui non habet spiritum ad mensuram. Anima etenim Christi cunctas alias sibi per charitatem adhęrentes illuminabit ita vt unusquisque uidentium Deum per essentiam, tanto plura conspiciat, quanto clarius & perfectius diuinam essentiam intuetur.

ἀφορισμοὶ.i. Determinationes.

XLVIII

Et si scriptum est quod Deus non iudicat bis in idipsum, alia tamen est ratio iudicii animę solum in particulari, alia totius compositi in uniuersali, cum boni penitus separabuntur a malis per iudiciū Christi qui in forma sui corporis apparebit. uidebunt.n. homines in quem transfixerunt in eadē scilicet forma, non tamen similiter se habente, sed gloriosa, & tunc apparebit signum filii hominis in cœlo, ut iustior condemnatio impiorum appareat, & uidebunt eum omnes populi uenientem cum potestate magna & maiestate cum angelis in gloria sua. Potestas enim iudiciaria Christo collata est in præmium humilitatis quam in passione ostendere uoluit sanguinem suum quoad sufficientiam pro cunctis effundens, licet in omnibus effectum non habuerit propter impedimentum in aliquibus inuentum. Christus itaque tanquam iudex sua authoritate a dextris statuens bonos & a sinistris malos omnes homines iudicabit. Apostoli uero in præmium suæ paupertatis & imitationis Christi super sedes duodecim sententiam iudicis iustissime latam esse ostendent; niniuitę uero surgent in iudicio comparatiue, angeli uero aderunt tanquam testes sanctissimi iudicis sententiam approbantes. Cognoscentur autem omnium iniquitates atque demerita, quę facile ad iniquorum memoriam reducentur testimonium illis reddente conscientia ipsorum, quę diuina uirtute operante, tanquam liber uitæ & mortis aperietur. Vnde cum omne prçteritum sit necessarium, scient perditi homines Deum se dereliquisse & satanam secutos fuisse ut iustitia Dei omnibus euidenter appareat, Nota namque erit omnibus prauorum damnatio, & eius

causa, peccata uidelicet, flagitia, crimina, delicta, & scelera quibus fœdata, polluta, inquinata, contaminata & maculata fuerit uarijs culpis anima damnatorum, Viso enim iudice ante oculos mentis mala cuncta uersantur, unde ingenti confusione, ignominiaque affecta pœnas in herebum luere cogetur æternas, nullamque tunc erit solatium miseris socios habere malorum, Diaboli nanque qui alios torquebunt magis torquebuntur, quia miserorum societas miseriam augebit sicut augetur ignis super addito combustibili.

XXXXIX

Motus corporum cœlestiũ qualis nunc est in sua innouatione cessabit, neque erit aliqua uicissitudo noctium & dierum per uoluntaté diuinam, quæ iuxta uaticiniũ Isaiæ, faciet ut lux lunæ sit sicut lux solis & lux solis septépliciter, Inferiora.n.eleméta purgada sunt p igné ab impuritate cõmixtionis & a fæditate peccati, cuius causa Deus maledixit terræ in operæ Adæ, qui per inobedientiam ualde peccauit superiora uero pleniorem & meliorem diuinæ lucis perfectionem habebunt, Ad illam enim innouationem nihil statuetur, nisi quod ordinem habebit ad incorruptionem. Cum autem elementa sint corruptibilia secundum partes, & incorruptibilia secundum totum, cœlum autem utroque modo, tamen quia eius motus est causa generationis & interitus ideo tam elementa, quam cœli innouabuntur, quoniam hæc quidé in corruptibilitatem assequentur, illi uero congruam sibi quietem, modus autem & ordo talis innouationis cognitus est apud Deum qui uocat ea quæ non sunt tanquam ea quæ sunt, qui etiam est semper a nobis orandus, ut in lumine

suo uideamus lumen, quo mentes nostræ illustratæ Deum semper summis uiribus contemplentur in via ut ipsum postea intueantur in patria.

L

A Deo usque ad Christum ante primum eius aduentum intercesit generatio multorum patrum, quorum posteritas Deo tantummodo nota erat, eodem etiam pacto a Christo usque ad Deum quã plurimorum Romanorum Pontificum succesio intermedia erit. Romanus .n. Pontifex est totius ecclesię uisibile caput, sicut patet ex sententia Diui Augustini, qui seriem summorum pontificum usque ad sua tempora scripsit, cum tamen nullius alterius ecclesię succesio haberi posit, Romana.n. ecclesia supra petram stabilem Petri fundata quę Christus est, innumerabilium quodammodo præteriteris martyrium sanguine firmata creuit in tẽplũ sanctũ in Dño & Deo dante sicut Christus Petro promisit, nunquã deficiet eius fides, nisi cum ecclesia militans triumphabit, quod sane tunc erit cum aduenerit plenitudo tẽporis a Deo pręordinati, & ubi completus fuerit numerus electorum, & cathalogus Romanorum Pontificũ a Deo ꝑscriptus secũdũ illorũ succesiuã electionẽ qui uicẽ Christi gerũt in his quæ ad pascẽdũ gregẽ Dñi pertinent, Christo itaq; succesit Petrus, cui postea iuxta diuersitatẽ tẽporũ alii summi Pontifices succeserunt, uidelicet Linus, Clemens, Cletus, Anacletus, Euaristus, Alexander, Xystus, Thelesphorus, Iginius, Pius, Anicetus, Sother, Eleuterus, Victor, Zephirinus, Calistus, Vrbanus, Pontianus, Antherus, Fabianus. Cornelius, Lucius, Stephanus, Xystus 2. Dionisius, Felix, Eutychianus, Caius, Marcellinus, Marcellus, Eusebius, militiades, Syl

(uester

ἀφορισμοὶ.i.*Determinationes.*

Marcus, Iulius, Liberius, Felix 2. Damasus, Syricius, Anastasius, Innocentius, Zosimus, Bonifacius, Cælestinus Xystus 3. Leo Hilarius, Simplicius, Felix 3. Gelasius, Anastasius. Cælius, Hormisda, Ioannes, Felix 4. Bonifacius 2. Ioannes 2. Agapetus, Siluerius, Vigilius, Pelagius, Ioãnes 3. Benedictus, Pelagius, 2 Gregorius. Sabinianus, Bonifacius 3. Bonifacius 4. Deus dedit, Bonifacius 5. Honorius, Seuerinus, Ioannes 4. Theodorus, Martinus, Eugenius, Vitilianus, Adeodatus, Domnus, Agatho, Leo 2. Benedictus 2. Ioannes 5. Cuno, Sergius, Ioannes 6. Ioãnes 7. Sisinius, Constantinus, Gregorius 2. Gregorius 3. Zacharias, Stephanus 2. Stephanus 3. Paulus, Stephanus 4. Hadrianus, Leo 3. Stephanus 5. Paschalis, Eugenius 2. Valentinus, Gregorius 4. Sergius 2. Leo 4. Benedictus 3. Nicolaus, Hadrianus 2. Ioannes 8. Marinus, Hadrianus 3. Stephanus 6. Formosus, Bonifacius 6. Stephanus 7. Romanus, Theodorus 2. Ioannes 9. Benedictus 4. Leo 5. Christophorus, Sergius 3. Anastasius 3. Lando, Ioannes 10. Ioãnes 11. Leo 6. Stephanus 8. Leo 7. Stephanus 9. Martinus 2. Agapetus 2. Ioannes 12. Leo 8. Ioannes 13. Benedictus 5. Bonifacius 7. Benedictus 6. Ioãnes 14. Ioannes 15. Ioannes 16. Gregorius 5. Siluester 2. Ioannes 17. Ioannes 18. Sergius 4. Benedictus 7. Ioannes 19. Benedictus 8. Gregorius 6. Clemens 2. Damasus 2. Leo 9. Victor 2. Stephanus 10. Benedictus 9. Nicolaus 2. Alexander 2. Gregorius 7. Victor 3. Vrbanus 2. Paschalis 2. Gelasius 2. Callistus 2. Honorius 2. Innocentius 2. Cælestinus 2. Lucius 2. Eugenius 3. Anastasius 4. Hadrianus 6. Alexander 3. Lucius 3. Vrbanus 3. Gregorius 8. Clemens 3. Cælestinus 3. Innocentius 3. Honorius

ἀφορισμοὶ.i.Determinationes.

5. Gregorius 9. Cęlestinus 4. Innocentius 4. Alexander 4. Vrbanus 4. Clemens 4. Gregorius 10. Innocentius 5. Hadrianus 5. Ioannes 20. Nicolaus 3. Martinus 3. Honorius 4. Nicolaus 4. Cælestinus 5. Bonifacius 8. Benedictus 10. Clemens 5. Ioannes 21. Benedictus 11. Clemens 6. Innocentius 6. Vrbanus 5. Gregorius 11. Vrbanus 6. Bonifacius 9. Innocentius 7. Gregorius 12. Alexander 5. Ioannes 22. Martinus 4. Eugenius 4. Nicolaus 5. Callistus 3. Pius 2. Paulus 2. Xystus 4 Innocentius 8. Alexāder 6. Pius 3. Iulius 2. Leo 10. Hadrianus 6. Clemens 7. Paulus 3. Iulius 3. Marcellus 2. Paulus 4. Pius 4. Et tandem hoc nostro sæculo Pius 5. cui tot numero succedent pontifices fluctuantem Petri nauiculam gubernantes, quot statuerit prouidentia Dei, cui laus honor, & gloria sit semper & ubique Amen.

προβλήματα.i.Obiectiones.

I

Cur extra ecclesiam catholicam nullus saluari potest?

An quia corpus chrsti mysticum appellatur, cuius causâ omnes christiani debent sibi inuicem esse membra per charitetem unita?

An quia caput uirtutem suam, in membris pręcisis influere nequit?

An quia charitas non est ad se ipsum solummodo dirigenda, sed ad alios, maxime autem ad domesticos fidei?

An quia passio Christi fuit beneficium commune singulis perfecte credentibus, a ministris ecclesiæ tantum applicandum & conferendum?

προβλήματα.i.Obiectiones.

An quia nullus nisi christus extra nauim potest sine periculo submersionis consistere uel ambulare?

An quia una tantum est lex diuina ecclesiæ tradità extra quam omnes in suam pernicem uiuunt?

An quia ministri ecclesiæ, ita a Deo illuminantur, ut quamuis non sint facienda mala quę aliquádo faciunt, sunt tamen seruanda bona quę dicunt?

An quia extra ecclesiam uiuentes sunt infideles, sine fide autem impossibile est placere Deo?

An quia lupus non rapit oues, nisi a pastore & grege suo disiunctas?

An quia extra ciuitatem dei aberrantes diuinis omnibus muneribus carent, quamuis naturalibus affluant?

An quia extra ecclesiam nullus deo placere potest, nec eundem aliqua pia litatione placare?

An quia salus confertur hominibus per sacramenta, quæ a matre tantum fidelium, & sponsa christi sunt conferenda? Sed

II.

Quomodo possunt sacramenta hominibus afferre salutem?

An per fidem, & deuotionem suscipientis?

An per intentionem & ministerium dantis?

An authoritate seu potestate ecclesiæ?

An institutione & merito christi?

An beneplacito gratię & misericordiæ Dei?

An per applicationem materiæ adomino institutę?

An per formam uerborum determinatam?

An per ritum christianę religionis, quo Deus quibusdam rerum sacrarum signis placatur, ueneratur & colitur?

An per rem, effectum, & virtutem sacramentorum

προβλήματα.i.Obiectiones.

quam non omnes sacramentum sumentes suscipiunt?

An per virtutem superuenientis spiritus sancti, quare mouentur peccata, & diuinę gratiæ munera conferuntur?

An per præordinationem uel assistentiam diuinam ubique præsentem qua iustificantur seu sanctificātur digne sacramenta sumentes?

An per remedium quod peccantibus affertur, & gratiæ augumentum quo perficiuntur homines in cultu Dei? Cunctis enim Christum pie colere cupientibus gratia diuinæ benedictionis confertur per sacramenta, quæ instituta sunt ad honorem & gloriam & laudem Dei ad salutem humanam, & ad exercendum officium pastoris oues christi e faucibus rapacium luporum tuendis & siquas mordicus apprehenderit eripiendis. Sed

III

Cur sunt septem solummodo sacramenta, nec plura nec pauciora?

An quia septem præcipua sunt sancti spiritus dona quibus homines proficere possunt in bono, quandiu fuerint in statu merendi?

An quia septem quoque sunt hominis, & mundi ætates, in quibus uiatores indigent gratia Dei ut gloriam tandem adipiscantur?

An quia septem sunt numina diuinę præceteris maiestati astantia, sicut tobiæ fuit a Raphaele Archāgelo reuelatum?

An quia sapientia Dei excidit columnas septem quibus fulcitur ecclesia Dei atque munitur?

An quia sicut planetæ septem existunt in cælo, sic & in ecclesia diuinę gratię spiritualis in fluxus se

ptem sacramentis est suscipiendus?
An vt a septem diaboli laqueis mortalibusq; vitiis atque peccatis humanum genus eripiant?
An quia septies in die cadit iustus?
An quia per septenarii quadratum remissio fieri debet? Septuagies enim septies peccator est absoluẽdus, dummodo pie satisfacere velit.
An quia septenarius præsentem vitam significat, postquam homines ad suum opificem reuertentur? excedit enim perfectionem senarii, unitate, quę est mensura omnium numerorum.
An quia si quinque humanis sensibus locutionẽ, & motum addideris, septem sacramenta illis optimæ congruent?
An quia septem sunt ordines ad regendum populũ in Dei ecclesia deputati?
An quia senarius pertinet ad creationem qua homo constituitur in esse naturæ, octonarius uero ad beatitudines quas homines assequentur in statu gloriæ septenarius vero inistorum medio collocatus statum gratię denotat, quam viatores septem sacramentis suscipiunt? Debent enim homines suam exoptantes salutem, a mundi vanitatibus recedere & ex laudabilibus virtutum sanctarum operibus ad Deum semper accedere ne infurore suo arguat illos, aut in ira sua corripiat eos,
Sed

IIII

Quibus nam potissimum actionibus aut operibus Deus placatur?
An per orationes priuatas interiores atque secretas?
An p publicas ecclesiæ pręces gratiarũq; actiones?

προβλήματα.i.Obiectiones.

An per abstinentiam vltro susceptam?
An per macerationem carnis spontaneam?
An per eleemosinas & reliqua misericordię opera?
An per vota?
An per paupertatem voluntariam?
An per meditationem diuinæ legis, & assiduam eiusdem contemplationem?
An per sinceram sacri euangelii receptionem atque obedientiam?
An per satisfactorios penitentæ actus?
An per laudabiles actiones virtutum?
An per sacramentorum susceptionem, & præsertim per eucharistiæ sanctissimum sacrificium p quod corpus & sanguis domini nostri IESV CHRISTI summę trinitati ob remissionem peccatorum nostrorum offertur? Ipse enim Christus in nouissima cęna instituit pręcipuum hoc sacramẽtum solemneque ac semper celebre sacrificium, in quo continetur vere, ac realiter caro eit sanguis eius qui suo patri reconciliauit quę i cælis, sunt siue quæ in terris existunt. Sed

V

Quomodo potest esse realiter corpus, & sanguis Christi in hoc sacramento?
An miraculo virtutis diuinæ?
An per conuersionem supernaturalem, & transubstantiationem?
An sacramentaliter & mystice, quatenus est sacrificium simul & sacramentum?
An per omnipotentiam diuinam, quæ sicut instituit, vt in determinato tempore, panis & vinum, naturaliter in carnem humanam & sanguinem conuertantur, ita efficere potest ut super naturaliter

προβλήματα.i.Obiectiones.

in instanti, hoc idém, in eucharistiæ sacramento eueniat?

An per concomitantiam naturalem, non solum corporis & sanguinis, sed Per super naturalem quoque diuinitatis & humanitatis, unionem, perquã sicut uerbum caro est factum ita idem uerbum per quod facta sunt omnia est causa, ut panis & uinum transubstantietur in, carnem & sanguinem christi sub speciebus huius sacramenti?

An per uerificationem uerbi diuini, a christo instituti, & a sacerdote in eius persona prolati? Cum enim firma acstabilia sint, uerba ueritatis, hoc quoque fundamentum, a sacris assumptum theologis uerissimum est, Deus mentiri non potest quoniam estimpeccabilis. Cum itaque dixerit Christus, hoc est corpus meum quod pro uobis tradetur, & hic est sanguis meus qui pro uobis & pro multis effundetur &c. non est aliter credendum quam ab authore nostræ salutis fuerit institutum, qui dixit cœlum & terra transibunt, uerba autem mea non præteribunt.

An per accidentium essentiam, subsistentiam, uel existentiam sine subiecto, quod diuinitus tantũ fieri potest?

An per ueritatem presentiæ christi, per quam sicut vbique ratione diuinitatis existtit, ita singulari &peculiari quodam modo est realiter in hoc sacramento? Dixit enim saluator noster ubi duo uel tres congregati fuerint in nomine meo in medio eorũ ego sum!, Cur igitur diuinis uerbis obstabunt homunculi quidam inepti, qui uelint nolint fateri coguntur Deum ex nihilo per uerbum cuncta fecisse, negantes deum posse per idem uer bum,

bum, unam ſubſtantiam in aliam transmutare? Animaduertant quæſo Diuum Paulum hanc protuliſſe ſententiam, ſapere ſecundum carnem mors eſt, & rurſum ſapientia carnis inimica eſt Dei, legi enim eius non eſt ſubiecta nec enim poteſt. Iudicent igitur ſibi ſatius eſſe, in diuinarum rerum humilitate, quam humanarum ſublimitate uerſari.

An ex ui ſacramenti Chriſtum aliter in euangelio, quam in lege ueteri continentis? ſacramenta enĩ legalia chriſtum in figura ſolum continebant & tanquam in ſigno Euangelica uero figuratum uериſsime continent, atque ſignatum.

An per modum (ut ita dicam, ſunt enim ineffabilia & incomprehenſibilia mirabilia Dei) materiæ & formæ corporis chriſti, ita ſe aliquo pacto habentis, ad formam & materiam panis & uini per conſecrationem, ſicut auis ad ouum per fomentum caloris naturalis uel artificialis?

An per modum, ſeu ſimilitudinem ſolis materialis, qui ſicut in propria ſphæra exiſtens multas in terris transmutationes eodem tempore facit, ita ſol iuſtitiæ ſuper aſtra cæli exaltatus diuinitus panem & uinum in corpus & ſanguinem ſuum conuertit?

An per modum impreſsionis, per quam artificio etiam humano conſpici poteſt in innumeris hoſtiis (ita enim uulgo uocatur) accidẽtalis imago chriſti crucifixi? Veruntamen longe aliter res ſe habet. Nam ſancti ſpiritus uirtus, totam ſubſtantiam panis & uini conuertit uel potius transubſtantiat realiter in uerum corpus & ſanguinem chriſti ſed uaria ſimilitudinum ratione ſiue circũlocutione ſeu collatione tranſubſtantiatio talis

ostenditur ut mens humana confirmetur in fide ne in hære sin aliquam prolabatur. Sed.

VI

Vnde tot errores ac hęreses?

An ab ignorantia totius legis diuinæ?

An ab appetitu propriæ gloriæ?

An a concupiscentia carnis?

An a desiderio imperandi?

An a malignitate prædicatorum adulterantiũ uerbum Dei?

An a mala intelligentia & imperfecta & falsa interprætatione sacræ scripturæ?

An a superbia eorum, qui subesse sublimioribus potestatibus nolunt?

An a pertinacia & obstinatione cupientium plus sapere quam oporteat?

An a scandalis operantium iniquitatem?

An ab inuidia & odio illorum qui ecclesiæ Dei præsunt?

An ab auaritia impiorum cupientiũ bona ecclesiæ, in suam utilitatem conuertere?

An a diaboli laqueis & foueis, in quibus incidunt qui solum sapere sibi uidentur, cum tamen sint amentes insani, atque maligni. οἱ γὰρ ἀπαίδευτοι πάντες φαῦλοι eo quod sanctarum scripturarum ueritatem ignorent? ipse enim satanas, sua malitia, per diminutam, in congruam, ineptam, falsam, & dolosam diuinarum scripturarum interpretationem ac declarationem in angelum lucis se transfigurat, ut sensim homines in apertam tandem infidelitatem inducat. Sed

VII

Quomodo est interpretanda sacra scriptura, ne-

προβλήματα.i.Obiectiones.

quis in suam & simplicium populorum perniciem sententias eiusdem enarret?

An per sensum literalem, seu significationē literæ?

An per physicum?

An per hystoricum?

An per ethymologiam?

An more hæbreorum qui per capita dictionum, seu initia media atque fines, & per enumerationum & combinationum, tabulas & per literarum transpositiones & alia adiacentia abdita ueritatis arcana se scire præsumunt?

An per paraphrasin, & scholia? et, hi omnes sensus ad literam spectare uidentur, Sed quia litera occidit spiritus aūt uiuificat, ideo querēdū est quomodo sacrarū literarū p spiritū notitia sit habenda.

An per sensum allegoricum?

An per, tropologicum, seu typicum?

An per anagogicum?

An per mysticum?

An per declarationem unius loci per alium, seu per diuersarum sententiarum collationem?

An per probationem omnium propositionum, & resolutionem omnium quęstionum, quę circa unamquamque sententiam proponi, & fieri possent? Debet enim sacrarum literarum interpres ostendere sanctissimę trinitatis ueritatem, rerū creationem, christi in carnationem, militantis ecclesię unionem sanctorumque tandem in ecclesia triumphante glorificationem, Sed

VIII

Quomodo glorificabuntur corpora beatorum?

An ex dei gratia? seu per benedictionem diuinam?

An ex suis meritis qbus ex hoste uictoriā retulerūt

προβλήματα.i.Obiectiones.

An per resurrectionem?
An per ęternitatem?
An per existentiam in cęlo empyreo?
An per animę rędundantiam?
An per diuinę claritatis participationem?
An per subtilitatem? & incorruptibilitatem?
An per agilitatem? & impassibilitatem?
An per fruitionem Dei?
An per societatem sanctorum angelorum?
An per hæreditatem æternæ beatitudinis per quam sancti homines tanquã filii Dei, & similes angelis lucis constituentur hęredes quidem Dei, cohęredes autem christi? Debent enim omnes homines Deo semper adhęrere per christum, quem Deus ipse constituit hęredem uniuersorum, si cupiũt beatitudinem assequi ac fęlicitatem ęternam, quã sine Christo nullus consequi põt cũ sũma ueritas dicat, nemo uenit ad patrem nisi per me. Cum itaque hactenus candide lector, breuiter admodum intellexeris, (si tamen animaduertere uoluisti) quæ ad Deum unitrinum, creatorem, redẽptorem & iustificantem pertinent, fac quęso ut mecum semper & ubique sanctissimæ trinitati gratias agas, referas, atque habeas. Dominum autem nostrum Iesum Christum semper in corde tuo sanctifica, ut eum denique in cælesti patria tui glorificatorem cognoscas, cui laus & honor benedictio, & claritas, gloria & actio gratiarum sit ubique ac p omnia sęcula sęculorũ Amen.

Sacræ Theologiæ finiunt elementa, quæ imprimi cœpta sunt MDLXIX tertio nonas Nouembris & quorum editioni finis Deo fauente impositus est tertio nonas Ianuarij

MDLXX.

CAROLI BARTHOLOMEI ARRIGHI

DISTICHON

AD LECTOREM

Impia nunc animo depellere dogmata quærens
Hoc memori studio, perlege Lector opus.

1.ccn 049.

προβλήματα.i. Obiectiones.

An per resurrectionem?
An per æternitatem?
An per existentiam in cęlo empyreo?
An per animę redundantiam?
An per diuinę claritatis participationem?
An per subtilitatem? & incorruptibilitatem?
An per agilitatem? & impaßibilitatem?
An per fruitionem Dei?
An per societatem sanctorum angelorum?
An per hæreditatem æternæ beatitudinis per quam sancti homines tanquã filii Dei, & similes angelis lucis constituentur hęredes quidem Dei, cohęredes autem christi? Debent enim omnes homines Deo semper adhęrere per christum, quem Deus ipse constituit hęredem uniuersorum, si cupiũt beatitudinem assequi ac felicitatem ęternam, quã sine Christo nullus consequi põt cũ sũma ueritas dicat, nemo uenit ad patrem nisi per me. Cum itaque hactenus candide lector, breuiter admodum intellexeris, (si tamen animaduertere uolu isti) quæ ad Deum unitrinum, creatorem, redẽptorem & iustificantem pertinent, fac quęso ut mecum semper & ubique sanctißimæ trinitati gratias agas, referas, atque habeas. Dominum autem nostrum Iesum Christum semper incorde tuo sanctifica, ut eum denique in cælesti patria tui glorificatorem cognoscas, cui laus & honor benedictio, & claritas, gloria & actio gratiarum sit ubique ac p omnia sęcula sęculorũ Amen.

Sacræ Theologiæ finiunt elementa, quæ imprimi cæpta sunt MDLXIX tertio nonas Nouembris & quorum editioni finis Deo fauente impositus est tertio nonas Ianuarij

MDLXX.

CAROLI BARTHOLOMEI ARRIGHI
DISTICHON
AD LECTOREM

Impia nunc animo depellere dogmata quærens
Hoc memori studio, perlege Lector opus.

1 c. h. e[illegible]

Menda sic corrige.

Pag.5. eisde, eisdem
8 *psrsonarom, personarum*
unitarem, unitatem
10 *duuibbilitatis diuisibilitatis*
11 *abstra, abstracto*
14 *recipiat, recipiat*
omnium, omnium
index, est index
(uel index
15 *determinãtur, determina*
dignor dignior (tur.
29 PRIMVS, SECVNDVS
mutationi mutationis
31 θεσεις, θέσεις
33 *generatis, generantis*
operantue, operantur
34 *suam, suam*
55 *acedat accedat*
36 ενε:λημα, ἐνέλημα
κρομμυρ, κρομμύω
ut, ut, alterum ut uacat
38 *consules consulens.*
41 *diuersis, diuersi*
quarum quam
43 *aguntun, aguntur*
effctus. effectus
44 *finit, fini*
48 *tialiter, rialiter*
51 *spcies, species*
55 ἠσυευρ:σιν, ἢ συννέυρισιν
57 προβλήματα, ἀφορισμοὶ
tanquam, tanquam
tãtũ pater, adde, seu lega-
(lis

59 *dicebat, decebat*
63 γὰρ ἐστι, γάρ ἐςι
perfectionis perfectionis, qua
70 *auxiiio, auxilio*
71 *in ni*
72 *propte, propter*
74 *uebenentem, uehementem*
maius, mauis
negocis, negociis
76 *maiestat s, maiestatis*
ianquam, tanquam
eterogenes heterogeneæ
77 *humanitarẽ. humanitatẽ*
81 διά& c. διὰ τὴν παγκαλοκα-
(γαθείαν
82 *tollerantis, tolerantis*
86 *qnod, quod*
90 *iusta, iuxta*
circũcisionis, circuncisionis
91 *poctorxm, doctorum*
92 καθεχισμός, κατηχισμὸς
καθεχ.ζμένοις, κατηχουμένοις
battiZand:, baptiZandi
factu. tactu
93 ἀπερεισι, ἀπερείσι
95 *qua, quam*
96 *salutis, salutis*
97 *pcadicanda, prædicanda*
momoriam, memoriam
98 *popui, populi*
99 *saciebat, faciebat*
potennæ, potentia
100 *que, q;*
perfectus. perfectis
101 *promittũtur, promittitur*

102 concennere, contemnere
prophetãrum, prophetarũ
103 t ribnbunal, tribunal
106 ũnã, una
perfruuntur, perfruuntar
109 apparet, appareret
111 τεκμηρίοις, τεκμηρίοις
effigens, effingens
illi, illis
funt, funt
112 fattsfacere, fatiſfacere
113 debet, debet
115 uirorum, minorum
119 diſtintionem, diſtinctionẽ
120 fanctiſsima, fanctiſsima
uiſibiia uiſibilia
pre, pre
121 cæleſtiss, cæleſtis
122 onfiteretur, confiteretur
123 ſempea, ſemper
125 rationalibſis, rationalibus
127 cademq;, eandemque
Denm, Deum
127 einſdemque, eisdemque
128 reſiſtentæ, reſiſtente
hærobum, erebum
intermino, in termino
129 difundere diffundere
130 ſcelera, ſcælera
134 effectiuæ, effectiuè
135 pracibus precibus
eleemoſina, eleemoſyna
137 ſcelera, ſcælera
138 accipiat, accipiant
dignitem, dignitatem
139 ſcelera, ſcælera
ſubſtlantãtur, ſubſtãtiãtur
perięctiooẽ, per iectionem
140 inſanis, in ſanis
141 authorite, autoritate
142 or ordinatæ, ordinatæ
gratias, adde, agentes
144 inctrumenta, inſtrumẽtæ
145 efici, effici
rurpsloquiũ, turpiloquium
149 precipue, præcipua
151 ſui, ſuis
apuſtoli, apoſtoli
152 dſtinguntur, diſtingũtur
155 aliler, aliter
154 qwiet, qui &
156 abutens, abutentes
quantitaiem, quantitatem
158 iterabilia, irreiterabilia
159 ſuperi, ſuperiori
160 a deo, à Deo)
δια᾽ &c. διὰ τὴν ἀκρόλεξιν
160 rpiſcoporum, epiſcoporũ
eiſdemqus, eiſdemque
161 attineut, attinent
162 αδυαντα, ἀδύνατα
163 conpũtiens, compatiens
164 pe-, petram
poſeſtatem, poteſtatem
165 indicall, iudicials
165 delintibus, delinquẽtibus
166 obtatus, optatum
168 lymbus, limbus
169 tamporali, temporali
171 clicentibus, clientibus

172 receperunt, receperunt
176 pattibus, partibus
cendas non sequitur sed
perennis
179 coniunti, coniuncti
108 dominum, dominium
184 barebum erebum
nullam, nullum
186 inuocentius, innocentius
187 chrsti, christi
188 pernicem, perniciem
191 eit, &

Frater Franciscus de Gilibertis a Saponaria Florentiæ Generalis Inquisitor fide præhabita a Theologis fide dignis, ut in originali patet licentiam imprimendi concedit.

